viderifinsti
dilationer
Spe.
re dc
fonas vtri
ornamenti
Modestim
Inter
hocin
adulterium
vidua com
& adulterij

Ceterum cit
corporis im
ro perpetui
tum · veluti
seus vtique
uis legati
quidam pu
nomen vi

ctis.l.testib. dic
plone q possit inst
C.de vila.l.iiij.ff.
alius plone q ec.r



אלהים אראה שמיך מעשה אצבעתיך את־שמש ירח וכוכבים אשר כוננתה׃

THAVMALEMMA CHERVBICVM CATHOLICVM,

VNIVERSALIA, ET PARTICVLARIA CONTINENS INSTRVMENTA, ad omnes arcus, & horas Italicas, Bohemicas & Gallicas diurnas, atque nocturnas dignoscendas, & ad componenda per vniuersum orbem earum multiformia horologia præsertim Italica exquisitissimum.

F. CHERVBINO SANDOLINO VTINENSE
Ord. Capuccinorum Seraphici Francisci Sacerdote inuentore,

CATAGNOMONICVM
IVLIO ANTONIO SANCTORIO
S. R. E. CARD. AMPLISS. DICATVM.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.



VENETIIS, M D X C V I I I.

Apud Rubertum Meiettum.


VEN. IN CHRISTO P. F. CHERVBINO AB VTINO
Sacerdoti Ordinis Minorum SERAPH. FRANCISCI Capuccinorum.

FRATER HIERONYMVS A' SORBO GENERALIS,
Licet immeritus, eiusdem Ordinis, Salutem.

Quoniam nostri muneris est Religionis bono, & honori, in his præcipuè rebus quæ ad publicam proximorum utilitatem spectant, omni ratione seruire, atq; consulere, & quoniam nobis significasti te scripsisse talē Libellum, nuncupatum THAVMALEMMA CHERVBICVM CATHOLICVM, &c. qui si edatur, futurum speramus vtilimum; propterea tenore præsentium ad salutaris obedientiæ meritum tibi præcipimus, & facultatem concedimus, vt præfatum Libellum, quem scripsisti, vbi primum ab ijs, quibus datum est, approbatus extiterit, excudere, & typis mandare valeas, obtenta tamen prius ad id facultate eorum, quorum interest libros imprimendos præuidere, atque perlegere, & in huius fidem, præsentes literas dedimus nostra propria manu subscriptas, & sigillo nostræ Congregationis subsignatas.

Dat. Liiij Cal. Aprilis. M. D. XCVII.

Frater Hieronymus à Sorbo Generalis &c.



ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO D. D. IVLIO ANTONIO SANCTORIO S. R. E. CARD. AMPLISS.

Et summo Pœnitentiario clementissimo, atque aduersus hæreticam prauitatem Generali Inquisitori in vniuersa Repub. Christiana à sede Apostolica ex speciali ter deputatis, totiusq; nostræ Congregationis Protectori colendissimo,


F. Cherubinus Sandolinus Vtinensis Ord. Cappucc. Seraphici FRANCISCI Sacerdos fœlicitatem.

EA est, AMPLISSIME CARD. tua in nostram Capuccinorum, SERAPHICI FRANCISCI familiam beneuolentia, ac voluntas, promeritorumq; magnitudo, vt ne minimam quidem partem gratijs agendis assequi quispiam nostrum possit. Nam de referendis ne cogitare quidem licet (quæ nostra est paupertas, & omnium rerum, quam profitemur, inopia) quare nemo est nostrum, qui eam, saltem quam pro his debet obseruantiam, ac animi inductionem præstare non conetur, & grati animi memoriam, tum prædicanda apud homines gratia, tum precibus apud D. O. M. pro tua incolumitate fundendis testari. In horum ego cum sim numero, omnium quidem dignitate minimus, tibi tamen plus fortasse quàm cæteri tuis non solum generatim in Seraphicam Parentem nostram, sed in me(li

† 2 cet im-

cet immeritum) nominatim collatis officijs, ac beneuolentiæ signis obstrictus, dies, noctesque nullum facio finem cogitandi, quo nam pacto passim meam hanc animi inductionem testatam relinquere apud omnes homines. Cum itaq; consilium SERAPHICI P. N. FRANCISCI secutus de ocio fugiendo, genus quoddam laboriosæ voluptatis delegissem, vt scilicet & ab ocio me vindicarem honesto negocio, & hominum generi, quantum in me esset, aliquo modo prodessem, post multos labores, ac vigilias, quod erat in optatis, & quod fueram aggressus sum tandem vti purus Autodidactus consecutus, votique compos sum factus, vt nempe vniuersale quoddam conficerem Instrumentum, quo facillima ratione, absq; arithmetica supputatione quantitates omnium dierum, ac noctium, nempè arcus diurnos atq; nocturnos tam integros quàm fractos totius anni horasq; diurnas, atque nocturnas ab ortu, & ab occasu haberemus. Aliud quoque vniuersale Instrumentum inueni, cuius officio tum horas diurnas, & nocturnas uidere, tum prędictarum horarum, nempè ab ortu, & ab occasu, , à meridie & à media nocte horologia tam horizontalia quàm verticalia sub quacunque poli eleuatione, & muri declinatione (licet eadem horologia etiam quibusdam alijs particularibus Instrumentulis, vel Analemmatis nostri theoricis circino & amussi super cartam) quiuis etiam rudis per se describere posit, quæ quidem instrumenta tum artificij simplicitate ac perfectione, tum vsus singularis incredibili facilitate, cætera omnia instrumenta, Metehoroscopia vocata, fortè superabunt. Insuper quędam alia pulcherrima atque miranda subintuli polymorpha diurna simulque nocturna horologia singularia pręsertim Italica. Hoc igitur opusculum decreui, vt apud TE testis locum teneat huius meæ voluntatis, sub tuo Illustriss. Nomine editum, quod, licet parum tua posit amplitudine uideri dignum, quod rudi sit minerua contextum, ratione tamen noui inuenti, quod hactenus (ni fallor) nemo tentauit (quod sciam) ne dum præstitit, & absoluit, non indignum fortasse habendum sit. Qualecunque igitur sit, pro tua benignitate æqui ac boni consules, nec dedigneris exile munusculum pauperculi clientis, iudicium D. N. SALVATORIS imitatus, qui pauperculę viduæ duo æris minuta multo pluris æstimanda quàm diuitum multiplices pecuniarum oblationes, iudicauit. Vale.

F. CHERVBINI SANDOLINI
V T I N E N S I S,
IN CAPVCCINORVM SERAPHICI FRANCISCI CONGREGATIONE SACERDOTIS AD BENEVOLOS LECTORES PRÆFATIO.



DEI OPT. MAX. & proximi præter dilectionem, vel diuinorum, & S. R. E. mandatorum obseruantiam, tria sunt, inquit doctissimus Oront. in tam varia, & admiranda rerum pulchritudine, quibus veræ Philosophiæ, hoc est, Diuinæ munificentiæ donum potissimum excolitur, contemptus videlicet externorum bonorum, perpetuæ fœlicitatis inexplicabile desiderium, & assidua piæ ac bonæ mentis illustratio. Quorum primum, vt omnium videtur honestissimum, ita secundo nihil præclarius & vtilius; verum, ad vtriusq; facilem adsecutionem, tertium viam parat, & sua facilem reddit opera. Quid enim suauius, quid iucundius, quid obsecro, in hoc humanæ vitæ cursu fœlicius, quàm mentem ipsam & intellectum pijs, bonarumq; virtutum seminarijs, & disciplinis exornare? quæ DEO nos reddunt proximos, & suæ ineffabilis, ac æternæ fœlicitatis participes tandem efficiunt. At qui mentem ipsam tunc maximè videmur illustrare, cùm rerum naturam, mira fecunditate refertam, perdiscere, ac ipsum D. O. M. per ea, quę visibilia sunt, & semper eodem modo se habent, agnoscere conamur. Homo nanque Microcosmus factus est Megacosmi, hoc est, maximi ac diuini operis contemplator. Nihil præterea in ipsa rerum offenditur natura, quòd aliquam diuinitatis non præseferat imaginem, etiam si fragilia, quæ ipsa tellure, vel conduntur, vel sustentantur, examinare libuerit. Ad cognitionem porrò ipsius diuini ac semper admirandi opificij pulchrè, & ex omni parte suum referentis opificem, diuinæ illæ ac fidissimæ Artes, quæ solæ Mathematicæ, hoc est, disciplinæ meruerunt appellari, non utiles tantum, sed omnibus modis uidentur esse necessariæ. Vtporè, quæ tum principiorum, & demonstrationum certitudine, ordine stabili, tum pura & inuiolabili semper essentia; diuina humanis (inter quæ medium obtinuere locum) facilè conciliant, & mentem ipsam humanam in cęlestem transformat intelligentiam. Quamquam enim ipsæ Mathematicæ omne philosophandi adaperiant genus, & in vniuersum cunctis opitulentur artibus, eò tamen tendere videntur, vt Cœli suspiciendi peculiarem sortitæ sint curam. Quam beatissimam contemplationem, Astronomiam vocant, & geminas complecti partes sit manifestum. Altera nanque uagantium stellarum, propriumvè singulorum orbium motum rimatur: altera vero singularem illam, & communem lationem uniuersi, rapidissimamvè totius Cœli perscrutatur velocitatem, quas, cęlesti numine, sanctissimus ille Moyses illustratus, ita semper, quasi ordinatione diuina, hominibus fore rimandas alludit, imò aperte vir diuinus ostendit in primo Cap. Genesis, sic dicens.

ויאמר אלהים יהי מארת ברקיע השמים להבדיל בין היום ובין הלילה והיו לאתת ולמועדים ולימים ושנים׃

Et dixit Dominus, Fiant luminaria in firmamento Cœli, & diuidant diem ac noctem, & sint in signa, & in tempora, & in dies & annos. Audiamus & Dauid dicentem עשה ירח למועדים שמש ידע מבואו׃ nempe, DEVS fecit Lunam in tempora, Sol cognouit occasum suum. Et quomodo obsecro dierum, ac noctium, signorum Zodiaci, ac Mensium quantitates, seu distinctiones cognoscere possemus, nisi quædam haberemus instrumenta, quorum officio de his omnibus adamussim instrueremur? inter quę hæc nostra polymorpha Metheoroscopia (de quibus in hoc Opello nostro tractaturi sumus) connumerari possunt (vt mihi, & coram, & per literas significauit Adm. R. P. Magister Dominicus Histrianus Pisaurensis, sacri R R. P P. Prædicatorum Ordinis Alumnus, & singulare ornamentum, Mantuæ Generalis Inquisitor, ac singularis benignusque tutor meus, qui non solum est Theologus sapientissimus, & Philosophus perfectissimus, sed etiam rerum Mathematicarum peritissimus,) quibus dies, ac noctes, Menses & Annos in certas distinguimus partes, vt, his ordinatè distributis, humanam hanc rectè (volentes) possimus degere uitam, & per harum creaturarum, hoc est, Orbium cœlestium, ac Siderum contemplationem, quasi per quosdam horarios gradus, ad agnitionem peruenire Creatoris, quo cognito, ipsum semper diligere, atque laudare singulis statutis valeamus horis. Sed quid mirum, si per hæc, quæ à DEO facta sunt insensilia intellectus humanus diuina conspicere valeat, cùm ipsæ insensibiles creaturæ suum cognouerint Creatorem? imò & in terris venisse confessæ sint, quemadmodum de eis quiddam humano visu diuus Gregorius dixit, DEVM hunc, nempe REDEMPTOREM nostrum Cœli esse cognouerunt, quia stellam protinus miserunt. Sol cognouit, quia lucis suæ radios abscondit. Diuus etiam Augustinus ait, Stella Magis tamquam lingua Cœlorum: & nobis Apostoli tamquam alij

Cœli enarrauerunt gloriam DEI. Magnus item Leo, quasi rugiendo, dixit, Tribus Magis in Oriente stella nouæ claritatis apparuit, quæ illustrior cęteris, pulchriorq; sideribus, facilè in se intuentium oculos, animosque conuerteret: vt confestim aduerteretur, non esse ociosum, quod iam insolitum uidebatur, & præuij fulgoris indicium, intenta contemplatione comitantes, ad agnitionem veritatis gratiæ splendore ducuntur, qui humano sensu significatum sibi Regis ortum æstimàuerunt. Sed & diuus Ambrosius pulchre alludit, quomodo per hæc uisibilia ipse se nobis Dominus ostenderit dicens, Stella via est, & via CHRISTVS, quia secundum incarnationis misterium CHRISTVS est stella, Orietur enim stella ex Iacob, Denique vbi CHRISTVS, & stella est, ipse enim est stella splendida & matutina. Sua igitur ipse luce se signat IESVS sol iustitiæ dicens, EGO SVM LVX MVNDI. Mirum non est ergo, si tam vario solis discursu etiam quandam Calicis sui formam signàre voluerit ipse Dominus, & ostendere nobis. legimus enim Patrem suum præcasse æternum, vt ab eo transiret hora, vel amarissime suæ calicem transferret passionis, quem & ipsi Cœli, modulo suo, quasi nouerunt, canente Regio Propheta, השמים מספרים כבוד אל ומעשה ידיו מגיד הרקיע idest, Cœli enarrant gloriam DEI, & opera manuum eius annunciat Firmamentum, & pręsertim Sol sua spirali via, quasi Calicis, & summi Pont. Thyaram simul describere, & nobis ostendere voluit, quemadmodum hoc ex Mithræhorarij, siue Thyaræhorarij nostri penè diuina forma à veritate minimè alienum esse manifeste probamus, & ostendimus. Non enim ex industria nostra, vel picturę artificio, sed ipse Sol (vt diximus) sua sponte, ac spirali cursu, hanc nobis deuotissimam Thyaræhorarij formam produxit & ostendit. Cum igitur hęc ita theoricè probabiliter se habeant, & quicquid habeat homo desursum sit, descendens à Patre luminum, haud alicui, obsecro, mirandum sit hęc si nostra polymorpha (quę quasi Automata videntur) à Diuina munificentia Metheoroscopia, his, penè diuinis, recepisse formis (ad hæreticorum quidem confusionem) cum regio Propheta (licet non eodem sensu) mihi quasi canendo, fateri liceret exultabundo, אברך את יהוה אשר יעצני hoc est, Pars Calicis mei Dominus, qui tribuit mihi intellectum, eo quod, non mea (vt dixi) industria illum acquisiuisse, sed diuina in rude meum ingenium se influente gratia, diuinoque ostendente munificentię radio inuenisse, digitulumque operatum fuisse meum, ad maiestatis, & bonitatis suę gloriam, sectatorumque uirtutum, (pręsertim Religiosorum) solatio, fateri compellar. DEVS ipse dixit, & facta sunt hęc & omnia, quę per Cœlorum, Siderum, Planetarumque causas operatur in terris. Equidem Diuina prouidentia factum esse putandum, beneuoli lectores, vt quę præclara sunt, & difficilia inuentu, quantò magis ab ipsis desiderantur, & perquiruntur hominibus, tanto tardius à paucis, plerumque inueniantur, & in sua differantur tempora, illisque destinentur inuentoribus, quos ipse DEVS OPT. MAX. solus ad hęc nouit esse electos, vt proximioribus ętatibus (ne uetustiora illa sęcula renolstam) horrendum illud, atque execrabile tormentum bellicum, & fragore & ruina fulminis, emulum. Et typos æneos, quibus atramento illitis tot millia librorum exempla tam cito & facilè unica tantum impressione excribuntur. Et nostra hac tempestate nouam Clepsydrę, seu potius Hydrorologij formam (vt nouum nomen nouo instrumento imponam) vna tantum rota eaque caua, & aqua semiplena constructam, & uno similiter pondere sese vertentem, & horas distinguentem, casúque insurgentis sicti solis oculo; currentem scilicet Solam successiuè ferentem & post eius occasum noctis ictibus notantem. Opus sanè pręclarum & admirandum, atque ab omnibus scriptoribus summis laudibus extollendum; cuius hic mentionem facere libuit, cum ob arctissimam quam cum nostra hac inuentione affinitatem habet, tum ob ingentem stuporem, quem ex uisu non soli, sed cum frequenti Doctorum, Mathematicorum cetu, qui quotidie ad illud visendum Venetias adnauigant sępius concepimus. Cuius insignis operis inuentorem ęternus ille atque supremus Opifex DEVS esse uoluit, &, vt dixi, in mente sua delegit, & huic nostrę non adeo obscurę ętati in eius æternum decus destinauit Alexandrum Attilium Parisium I. C. & Mathematicarum artium peritissimum, mihique familiarissimum. His prædictis raris inuentionibus (inter nostra instrumenta sub cap. 25. lib. 7) connumerare non indignum existimauimus etiam quoddam instrumentulum (quod nos Retehorarium appellare placuit, eo quod ad Retis similitudinem sit expansum) cuius inuentor fel. mem. extitit Ven. P. F. Alexander Floramantus Bonon. huius nostri instituti Alumnus, Sacrę Theologię, Mathematicarum, religiosorumque morum non obscurus, omnibus carus, & amabilis, qui immatura morte gratiosus adolescens nouellus prędicator ex hac mortalium ad viuentium gloriam (quod piè existimare possumus) non sine aliquo amicorum eius humano dolore & spirituali gaudio cessit è vita. Quod igitur ipse arithmeticis contexere (tantùmmodo sub eleu. poli grad. 45.) docebat supputationibus, nos, quarumdam Tabularum auxilio ad quamcunque eleuationem arithmeticæ artis ignaris practicè describere ostendimus, cum ob multa, tam ut igneus & planè cælestis ille diuini splendoris vigor, mentibus nostris insitus, magis atque magis elucescat, & ad perscrutanda latentium rerum arcana, acriori nos vrgeat stimulo, in illorumque assidua contemplatione, & indagatione fixam oblectet intelligentiam, & iterum canere cum Propheta Regio כי שמחתני יהוה בפעלך במעשי ידיך ארנן videlicet, Delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. Quòd si iam in diuinis & naturalibus, quàm mechanicis & ciuilibus rebus, locum habere compertum est in his artibus, quæ sola Mathemata, hoc est, disciplinæ nuncupari uoluerunt, vsu maximè (opinor) negabit nemo. Quamquàm enim ipsa Mathemata

themata medium inter intellectilia, sensiliaque obtinentia locum, cęteris artibus, tum fide & ordine, tum certitudine ac integritate (pręter summam, quę illis inest, vtilitatem) longè pręstare uidentur, rariores nihilominus semper habuere professores, & insigniora (patet) polymorpha Metheoroscopia, maiore cum difficultate adinuenta fuere. Non est profectò (inquit excellentissimus Ioan. Pau. Gallucius Salodiensis amicus, & familiaris meus, Mathematicarum, vt opera ipsius testantur peritissimus,) difficile Gallicas horas (& consequenter aio earum instrumenta) lineis significare, quippe quæ à meridiei linea initium sumunt; quæ quidem omnibus locis, & singulis diebus idem principium quodammodo, & eundem finem horis tribuunt. Italæ vero nostrę ab Horizonte incipiunt obliquo, & in eodem desinunt, ex quo horæ diuersum tum principium, tum finem, pro loci ac temporis ratione, sortiuntur: inde fit vt plures; maioresque experiantur difficultates qui has nostras, quàm qui illas describere conantur: Testes sunt pręclarissimi Clauij magna Volumina. Has ergo omnes, verbis & factis, hoc Opello nostro, ferè semotas omnino difficultates esse profitemur, vti in libro de Analemmate nostro manifestè videtur.

F. DOMINICVS HISTRIANVS
PISAVRENSIS ORD. RR. PP. PRAED.
MANTVÆ GENERALIS INQVISITOR

In Encomium Thaumalemmatis Catholici, siue Nauis horariæ, summo labore, longa vigilia, miroque ingenio inuenti ab adm. R. P. F. Cherubino Sandolino Vtinensi Sacerdote in Religione RR. PP. Capuccinorum Seraphici FRANCISCI.



HERVB promeritus, cui decernantur honores;
Annos & dignus vincere Nestorios.
Numine qui celso infusus mirè abdita pandit,
Scirè percurrens æthera sidereum.
Ima supernis iungens, Phebi fulgida cernit
Lumina & istæ globi sidera stelliferi.
Dat lucem cunctis, qua splendent cœrula Olympi;
Quodque hic depromit, gentibus occulitur.
Planities ignota iacet; tibi clarior extat:
Nititur is supero lumine peruigilans.
Toto lucidat ordine, quicquid celsa recondunt
Inferius; prudens artibus emicuit.
Circulus ellipsim designans, orbibus horas
Circinus amussis permeat egregiè.
Sectio conica, siue parabole, intimè habetur,
Atque hyperbole est peruia perspicua.
Queis comptè aspicitur; quicquid iam celica mittunt
Huc, radijs moles & calefacta suis.
Lesbia præstantet regula æquata orbita plano,
Quippe placet gestis omnibus, & celebris.
Sidera demonstrat rutili orbis fundere mores;
Auxilio lapidis perficit Heraclij.
CHERVB incendens, inflammat corda Tyronum,
Virtutes sequitur, moribus alliciens.
Eloquar, àn sileam? os sileat, sat; sidera vincis
Tu FRANCISCANAE Relligionis honos.
Nec silet os? cur tuque loquax sis garrulus inde?
Laudum quàm cumulus maximus æquoreus.
Nauis clauus lydius; at tibi præmia laudis
Nautæ, qui CHERVB inclytus ingenio.
Nauis remus Gnomon; malus linea, restis
Axis; quo tendit viribus Acatium.

Sunt

Sunt auræ, splend or; sunt umbræ tur yi.a vela:
Virtus præsidio viuida perficitur.
Obliquus, carchesia, circulus; æquora, mundus
Vsque opere intextus proficit ipse suo:
Antenna æquatorque existit, prædita malo
Est, quo metitur machina tenta super
Orbis constructo, orbita mox cymbæ, atque carina;
Regia quæ puppis, tramite perficitur.
Occasus pars; prora relicta est scindere lymphas,
Est oriens pulcher, quæque ferat regio.
Ante sit Austrum; tergum altis aquilonibus illis
Traditur æquoreis, est gelidus populus.
Est opus hoc mirum, nec iam vnquam prodidit orbi,
Aequans nec structo pertenient simile.
Serta tibi, torques, ac consita gemma refulgens,
Vitaque perpetuò, sit DEVS ipse tibi.

FLAMINII VALERINI

VERON. SACERD. DOCT.



DVM rapidi tractas CHERVBINE volumina Cœli,
Aethereamque plagam, sidereasque domos,
Tam clara inuenta Vraniæ admiratur Olympo,
Teque sibi Comitem iungere posse cupit.

AD LIBRVM DE THAVMALEMMATE

Catholico R. P. F. Cherubini Sandolini Vtinensis Sacerdotis
in Congreg. RR. PP. Capucc. Seraphici FRANCISCI,

Illustriss. ac Reuerendiss. D. D. IVLIO ANTONIO SANCTORIO
S.R.E. Card. Amplis. & summo Pœnitentiario meritiss. dicatum.

FABIVS PAVLINVS PANGEBAT EX TEMPORE.



FORTVNATE liber, geniumq; habiture, Patroni
Sub tanto in lucem Nomine tutus abi.
Præscriptum quem fronte geris SANCTORIVS, orbis
Cardo, est, purpureique ordinis; Vrbis honos,

Doctorum

Doctorum commune decus, virtutis Asylum,
Κύκλου παιδείας Sol, Heliconis amor.
Septemplex Clypeus, παντὸς hoc erit ἀπρόσβατον:
Quisquis te audebit carpere μῶμος erit.

AD R. P. F. CHERVBINVM SANDOLINVM VTINENSEM

ORD. CAPVCC. SERAPHICI FRANCISCI SACERD.

In eius Libro de Thaumalemmate,

IVNII IOANNIS PARISII VICENTINI CARMEN.



DVM tanta CHERVBIN tectus caligine mundi,
Tam densis tenebris vndique septus humi,
Tam clarè ostendis, tam longè dissita Cœli
Lumina, tam certis legibus illa notas:
Circinulo & modico immensos dum circuis orbes,
Lineolaque breui iungis vtrunque polum;
Vt noscat quiuis quo quis sub cardine mundi
Quod cœli vertex, sidera queve tegant;
Quid credam? nisi te summo de culmine Olympi,
Qua flagrans CHERVBIN sede nitente micat,
Vnde horum occasus latè cernuntur, & ortus,
Et varij influxus qui sola cuncta replent,
Præpetibus pennis terris, per inane profundum
Delapsum, Adriaco continuisse sinu.
Flammanti aut curru raptum super æthera, & inde
Edoctum nobis tanta tulisse pium.
De Calice aut Domini, sacras quem pronus ad aras
Quotidie libas, hausta fuisse tibi;
Quod typus ipse docet; vel, vt Hostia picta figurat,
In magno, vt SERAPHIN, hæc didicisse DEO.

AD ILLVSTRISSIMVM, AC REVERENDISSIMVM EVNDEM S. R. E. CARD. SANCTORIVM.

MARCI STICCHINI.


Ccipe Sanctori Cherubini candida scripta,
Qui fuit Angelicis purior ipse Choris;
Hic nouit cursus Lunæ, solisq; meatus;
Sed famam video vincere Solis iter.

Ad eundem Illustriss. ac Reuerendiss. S. R. E. Card. Sanctorium.

IACOBI NOVELLI.


RTIS Gnomonices Auditor promptus vt olim
Anaximandri tritè Repertor erat;
Cui pariter Thales dederat documenta Polorum
MILETI Natus, primus hic Astrologus,
Nunc Sandolinvs chervb, ecce Seraphicvs orbem
Sic lustrat, quisque vt maior adesse queat.
Concordant Avctor, & cui Liber ipse dicatus,
Signa Crvcis, calicis, syderis, atque Poli,
Coelvm stellatvm concordant Annvlvs aptè
(Diuinum inuentum) Regia mitra, rota.
Consona cuncta manent, nec dissentire videntur
Nominibus, Gestis, Stemmatibusque sacris.
Cardo severinæ sanctori suscipe Sanctæ,
Quę Sandolinvs fert pia dona Cliens.

אִישׁ־בַּעַר לֹא יֵדָע וּכְסִיל לֹא־יָבִין אֶת־זֹאת׃

INSTRVMENTA AB AVTHORE INVENTA,

de quibus in hoc tractatur Opello.

1 Archihorarium ad quantitates dierum, ac noctium, hoc est ad arcus diurnos & nocturnos integros & fractos, & ad horas diu ad Solem,& noctu ad Lunam & Stellas habendas aptissimum. Ecce sub cap. 20. Libri primi.

2 Mithiçhorarium, uel Thyarçhorarium ad prædictas quantitates vel arcus,& ad horas diurnas & nocturnas ferè uniuersaliter dignoscendas commodissimum. Hoc ecce sub cap. 1. Lib. 3.

3 Archihoroscopus ad horas diu ad radios Solares, noctu vero ad Lunares & ad Stellares Italicè, & Bohæmicè perspiciendas, & ad horologia Italica, Bohemica, & Gallica per uniuersum Orbem, super quamuis superficiem delineanda peroportunum, cuius Anaglyptum adest sub cap. 13. Libri 4.

4 Schemata ambarum Vrsarum sub cap. 17. Lib. 5.

5 Crucihorarium ad horas diurnas,& nocturnas Italicè dignoscendas sub eleuatione poli arctici graduum 45. sub cap. 2. Lib. 6.

6 Stellhorarium ad prædictas horas diu, noctuque uidendas sub eadem eleuatione, uide sub cap. 3. Lib. 6.

7 Trochilhorarium, seu Rotæhorarium ad prędictas horas sub eadem 45. eleuatione Ecce sub cap. 4. Libri 6.

8 Portio quædam ad prædictarum horarum diurnarum Horologia Italica construenda sub eadem eleuatione satis oportunum, quod inuenies sub cap. 17. Libri 7.

9 Hæmisphæricum Instrumentum ad Horologia Ital. & Bohem. super verticalem superficiem delineanda, & ad horas capiendas diu ad Solem. Ecce sub cap. 26. Libri 7.

10 Retehorarium ad horas Italicas & Bohemicas diu cognoscendas, & ad prædictarum horarum horologia verticalia describenda. sub cap. 25. Libri 7.

11 Analemma simplex. sub cap. 1. Libri 7.

12 Analemma Crucialatum. sub cap. 37. Libri 7.

13 Amplitudinarium Cherubicum catholicum. sub cap. 16. Libri 8.

F. CHERVBINI SANDOLINI VTINENSIS,

IN RR. PP. CAPVCCINORVM SERAPHICI FRANCISCI RELIGIONE, SACERDOTIS, LICET IMMERITI.

De Thaumalemmate Cherubico Catholico Lib. 8.

DE ARCHIHORARII CHERVBICI CATHOLICI structura ad omnium dierum, ac noctium totius anni quantitates, (scilicet arcus, tam integros, quàm fractos diurnos, & nocturnos) & ad horas diu noctuq; per vniuersum Orbem, Italicè, ac Bohemicè, facillimè dignoscendas aptissimi.

LIBER PRIMVS.

MATERIAM PRO ARCHIHORARII FABRICA PRAEPARARE. Cap. I.



ORNATILI, vel aliquo alio diligenti artificio, ex Orichalco, Aere, Cupro, vel etiam crasso Papyro (tamen solido, atque polito) fabricentur tres planissimæ tabellæ, super quas Archihorarium nostrum vel immediatè describendum, vel iam super cartam primò delineatum, & è carta (vt infra dicemus) super ipsas tabulas postea sit transferendum. Super vnam tabellam describemus Archihorarij faciem: super alteram autem eius dorsum, habentem manubrium ex eadem ipsius tabellæ continuata materia fabrefactum, atque dorso continuè vnitum: super tertiam vero fabricabimus scabellum gnomonicum cum suo fulcimento, quemadmodum infra suis locis dicetur.

Necessaria & vtilia quædam circa 12. signa Zodiaci pro Tyrunculis instruendis.

SCIENDVM est quòd veteres illi rerum cœlestiū perscrutatores signa 12. Zodiaci quibusdam characteribus breuiter designarant, ne studiosi lectores ob toties iterata signorum nomina, tædio afficerentur. Qui signorum characteres, causa, modo, & ordine inferius descripto seriatim oculis subijciuntur.

ARIETEM ergo signorum omnium principem per cornua erecta huiusmodi charactere exprimere statuerunt. ♈

EST enim Aries signum igneum, calidum, proprie & siccum a proprietate, caliditate enim, & siccitate vegetatiua vitæ præest: atque nutrimento animantium & germinum aptus, signumque est masculinum, diurnum, mobile, æquinoctiale, vernale, tortuosum, obliquum, septentrionale, & est cor partis orientalis terræ.

SECVNDVM Zodiaci signum Taurus appellatur, & per Tauri caput cornutum charactere simili pinxerunt. ♉

TAVRVS signum est frigidum, & siccum temperatum parum nihil impediens, sed ægris, germinibus, vegetabilibus, omnibusque animantibus proficuum; terreum est signum, fœmineum, nocturnum, meridionale sinistrum, & tortuosum.

TERTIVM signum est Geminorum, per duos enim pueros Castorem scilicet & Pollucem sese amplectentes, duas columnulas connexas notare sic curarunt. ♊

CALIDVM est signum imprimit in aere caliditatem, & humiditatem temperatam confortans naturam, & calorem naturalem, & indiuidua specierum, & facientem germinare semina, masculinum, diurnum, occidentale, dextrum, commune tortuosum est, & aereum.

QVARTVM signiferi signum est Cancer, quod per oculos oppositos, & duo cornua eiusmodi notarunt charactere. ♋

FRIGIDVM, & humidum, temperatum est hoc signum, idoneum rerum naturæ, & nutrimentis, habetque sustentatiuam humiditatem, & temperatam, per quam fit motus naturæ ad dandam dulcedinem, & nutrimentum, quibus nutriuntur, & viuunt animalia, & vegetabilia. Fœmineum, nocturnum, & cor Septentrionis est signum, mobile, æstiuum, solstitiale, & rectum.

QVINTVM circuli obliqui est Leonis signum, quod quidem per caudam erectam charactere simili scribere iusserunt. ♌

IGNEVM, calidum scilicet, & siccum, adeo à temperamento remotum, quòd ex illa remotione fit motus naturalis initium ad impediendos fructus, & arborum folia, herbarumque ad eorum declinationem, ad latus destructionis cum maturescunt, quæ maturitas quodammodo destructio est, eò quòd pauca tunc semina sint, quæ germinent. Masculinum, diurnum, fixum, rectum, igneum, orientale, & sinistrum existit signum.

SEXTVM Zodiaci signum Virgo appellatur, quod per plicas, siue per vestimenti puellaris fimbriam charactere hoc antiqui notare proposuerunt. ♍

IMPRIMIT in terram frigiditatem, & siccitatem minus temperatam, magisque propinquam destructioni, cuius gratia, licet vegetabilia detrimentum, & diminutionem patiantur retardantur herbæ, caduntque, & deficiunt arborum folia, tamen non est eius frigus a temperamento remotum, immò licet quædam destruantur, quædam tamen alia generantur, quædam semina germinant: herbæ quædam nouiter crescunt, & nascuntur. Fœmineum, nocturnum, meridionale, dextrum, bicorporeum, commune, rectum, terreum, melancholicum, & nocturnum notatur signum.

SEPTIMVM huius circuli signum Libra nuncupatur, quod per eiusdem instrumenti figuram hac nota figurare voluerunt. ♎

INFERT aeri, caliditatem, & humiditatem intemperatam ipsum densans & spissans, redditque ipsum commixtum, & vertibilem, in speciebus indiuiduis, idest, seminibus, herbis, & arborum frondibus, Masculinum est, diurnum signum, cor occidentale, mobile, æquinoctiale, autumnale, rectum, & aereum.

OCTAVVM signum est Scorpio, hoc signum alij per animal simile, alij per Caudam nodosam, siue Scorpionis aculeum scribere statuerunt. ♏

EXHIBET aeri frigiditatem, & humiditatem elongatam a temperamento; gerens potius corruptionem, quàm generationem; Fœmineum est signum, nocturnum, septentrionale, sinistrum, mendosum, fixum, & rectum.

NONVM Zodiaci signum Sagittarius dicitur, quòd per sagittam arcuitensam, tali signo notare procurarunt. ♐

HABET denique caliditatem, & siccitatem remotam ab omni temperamento, quæ faciunt destructionem seminum, & herbarum, & ad offensionem multorum animalium; Masculinum est signum, diurnum, orientale, dextrum, rectum, igneum, & commune, siue bicorporeũ.

DECIMVM signiferi signum est Capricornus, siue Caper, qui per caudam viperinam cœlestis imaginis annodatam, siue per pedem Capri fune circumuinctum sic figurarunt. ♑

HABET frigiditatem, & siccitatem distemperatam, destruentem, & mortificantem herbas, arbores, & semina; signum est hoc fœmininum, nocturnum, cor meridionale, solstitiale, hyemale, mobile, tortuosum, terreum, & melancholicum.

VNDECIMVM circuli signum Aquarius nuncupatur, quod binis riuulis guttatim defluentibus consimili charactere comparatunt. ♒

CALIDITATEM ingerit, & humiditatem distemperatam, obnoxiam, impedientem, ac destruentem indiuidua specierum semina, & vegetabilia. Signum est masculinum, diurnum, occidentale, sinistrum, fixum, tortuosum, & aereum.

DVODECIMVM, & ultimum Zodiaci signum sunt Pisces. Hæc imago ab antiquis designatur per duos pisces simul alligatos, vt hic figuratum vides. ♓

SIGNVM fœmineum est, & nocturnum, Septentrionale, dextrum, bicorporeum, tortuosum, & aqueum.

Seorsim Polarium eleuationum, Orbisq́; duodecim signorum Zodiaci Peripheriam facillimè describere. Cap. II.

QVia nonnullos forsitan Peripheriæ Zodiaci, & Anni reformati Gregoriani primò delectaret videre descriptionem, ideo si separatam a quauis alia figura, vel instrumento hanc cōcentricè describere volueris Peripheriam solarem Z. ages in hunc modum. Super datū centrum P. (respice pro exemplare huius demonstrationis secundam figuram Peripheriæ Z. nempe ipsum Archihorarium sub cap. 20.) describe circulum τ ς λ T. liberæ magnitudinis, quem per duas diametros orthogonales in quatuor diuides partes. Deinde quamlibet quartam in tres, & quamlibet tertiam secerne in tres iterum partes, & has in duas, & demum harum duarum singulam secerne in quinque pro gradibus singularibus particulas. Deinceps super centrum P. intra, vel extra datum circulum prædictum, describe sex alios circulos, debitis interuallis, abinuicem segregatos, ad quinque Peripheriæ Z. interualla distribuenda & præparanda, uti in prædictæ figuræ Z. exemplari ostenditur. Quælibet igitur quarta debet continere 90. gradus, & ex sequela 360. totus sibi vindicabit circulus. Quibus ita paratis, a centro P. per singulos 30. gradus protrahe lineas, quæ duodecim signorum Zodiaci domos abinuicem distinguant: sicque singulis decenis & quinis gradibus, iuncto regulo, duc lineolas, tres extremos, vicinioresque, tam intrinsecos, quàm extrinsecos circulos complectentes: & demum singulis gradibus ducito lineusculas, binos tantummodo complectentes circulos. Quibus absolutis, describe graduum numeros, signorumque characteres, incipiens a linea diametrali Z Υ λ. a puncto λ. ubi notabis signum ♈, & tres graduum numeros 10. 20. & 30. in sequenti vero domo uersus occidentem, describe signum ♉ in tertia ♊ & ita reliqua signa per ordinem, vt in exemplari. Animaduertas tamen graduum ordo in quarta trium signorum ♑ ♒ ♓. quartæ polarium eleuationum esse communem, & ideo continuatè gradus usque ad 90. me descripsisse vides. Anni uero Gregoriani descriptionem in sequenti disces capite.

Modus describendi circa Peripheriam Zodiaci Z singulos duodecim mensium Anni Gregoriani, qui continet 365. dies, sub 360. duodecim signorum Zodiaci gradibus, pro vero motu solis inuestigando. Cap. III.

DEscripta duodecim signorum Zodiaci Periphæria Z. dilata circinum è centro P. supra maiorem circulum limbi Periphæriæ, a. & describe quinque circulos, abinuicem proportionaliter distantes, qui quatuor contineant interualla, quorum supremū nominibus duodecim mensium; secundum, numeris dierum de decem in decem; tertium distinctionibus dierum de quinque in quinque; quartum uero diebus singulis accommodabitur immediatè supra circulum singulorum graduum Zodiaci Z. Quibus descriptis, applica regulum centro P. & 29. gradui Piscium in orbe signorum sub hoc signo ♈. & trahe lineolam F. claudentem horum circulorum duo interualla, quæ 20. diei Martij alligabitur, a qua exclusiuè, per successionem graduum Zodiaci numera 5. dies versus ♈. vsque ad 4. ipsius Arietis gradum, vbi addito regulo & centro P. trahe lineolam G. eadem trium circulorum complectentem duo interualla, quam 25. diei Martij destinabis. Deinde spatiū inter F. & G. inclusum sub ipso charactere ♈. parato, in quatuor æquales seca partiunculas, ita ut 20. dies Martij cadat sub 19. gradu ♓; 25. vero dies cadat sub 4. gradu ♈. Excluso igitur arculo F. & G. iam in quinque dies diuiso, totum arcum residuum diuide in 360. partes æquales, primò in 6. Secundò quamlibet in 2. tertiò iterum quamlibet in 6. & tandem quamlibet sextam in 5. Arculum vero F. G. iam sub ♈. secasti in quinque partes, itaque habebis in toto circulo 365. partes, dies quidem Anni Romani, scilicet Gregoriani, repræsentantes. Est, secundum aliquos, etiam alius modus describendi Peripheriam dierum anni per circulos scilicet excentricos propter excentricitatem Solis, quem (quamuis inter ipsos parum, aut nihil differentiæ sit) volumus tamen in hac nostra Periphæria ferè imitari, ac etiam pro lectorum satisfactione (absque tamen particulari demonstratione siue figura) descriptionem ostendere in cap. 15. Hoc tamen loco beneuolum animaduertimus

lectorem hanc nostram impressam haud ita exactè iuxta hunc vel illum modum vti oportebat, fuisse diuisam, propter nimiam celeritatem præbendi figuram sculptori, siue incisori, ideo cum de eius dierum rectissima diuisione concentrica certiorem esse volueris (seruata supradicta diuidendi norma) necesse erit diem 21. Martij cadere sub 30. gradu ♓. diem vero 20. & ½ Iunij sub gradu 30. ♊. & diem 20. Septembris sub gradu 30. ♍. diem tandem 20. & ferè ½. Decembris necessario cadere sub 30. gradu ♐. istorum ergo quatuor dierum (quos cardinales nũcupare possumus) nempe 21. Martij, sub initio ♈: 20. & plusquam ½. Iunij sub initio ♋ 20. Septembris sub initio ♎. 20. & ferè ½. Decembris sub initio ♑ ita nos in quadam maxima Peripheria concentrica exactissimè diuisa, ac sæpius & iterum circino comprobata cadere distributionem, post huius figuræ incisionem, certissimè comperimus. Quod si de huius impressæ (excentricè descriptæ) Peripheriæ paruo (vel quodammodo insensibili) errore certificari volueris, numera dies ab ♈. per ♋. in ♎. & inuenies esse 186: A ♎. uero per ♑. in ♈. videbis tantummodo esse 179. sex enim diebus hæc medietas (excentricitatis solis causa) superatur ab altera medietate. At si iustitiam Peripheriæ concentricè manu & circino a te diligentissimè diuisæ conspicere delectauerit, numerabis dies ab ♈. per ♋. in ♎. & inuenies esse 183: a ♎. vero per ♑. in eundem ♈. habes dies 182. (crassè loquendo) ecce vnum ferè tantummodo diem minus ab altera medietate dierum inuenisti. Elige ergo quam ex his duabus desumptam maluerit opinionibus in unum allatam descriptionem, quibus nos lectori melius quam potuimus, satis facere tentauimus, licet quidem circa ipsam Peripheriæ descriptionem haud multũ elaborare pro nihilo duximus, præsertim cum matheseis notum sit, quod qui optimam cupit habere Peripheriam, oportet vt propria manu describat.

Pro Archihorarij Sciographia, quàm rectissimè erigenda, fundamenta ostendere. *Cap. IIII.*

IN primis fac circulum B. C. D. E. liberæ magnitudinis, quem duabus quadrabis diametris, in centro A. orthogonaliter se intersecantibus. Sitque C E. diameter perpendicularis, & B D. diameter transuersa. Hunc præterea circulum, quasi occultis punctulis, diuide in 360. partes, siue gradus: & quælibet quarta contineat 90. & sic ex sequela totus circulus 360. continebit gradus, vt res postulat. Quibus notatis incipiens a puncto B. orientis, versus E. punctum Septentrionis, adscribe numeros polarium altitudinum de quinque in quinque sic, 5. 10. 15. 20. & deinceps vsque ad 90. aut, si magis placuerit, tantummodo de decem in decem sic, 10. 20. 30. &c. sicut me fecisse uidens, numeros tamen vltra punctum F. non continuando, ne figuram confundas. Eodem modo in altera quarta operaberis incipiendo a puncto D. occidentis, descendendo in E. Septentionis, non tamen vltra G. numeros continuando ob prædictam causam. In quartis vero C B. & C D. incipies notare graduum numeros a C. meridiei in D. occidentis, & in B. orientis desinendo; quibus expediris, scito te totam Archihorarij nostri Sciographiam ex his fundamentis erecturum.

Zodiacum circularem in Cylindricum, & hunc in Trigonum Isoscelem facile conuertere. *Cap. V.*

NVmera ab E. versus B. & D. maximam Solis declinationem grad. 23. min. 30. & vtrinque fac notas F. & G. super quas ponito regulum, & vbi intersecat lineam A E. pinges H. in qua posito circini pede, & altero vago expanso ad G. describe quartam H G Æ. & inuariato circino, ex A. describe alteram, huic correlatiuam, quartam A N Y, & ambas diuides in tres domos, & singulam domum in tres decenas, & toridem quintas, iunctoque regulo ad correlatiua quæque bina vtriusque quartæ puncta, trahe lineas parallelas a superiori quarta N Y, ad inferiorem G Æ. super arcum tamen G E. tantummodo cadentes, sed lineas, domos distinguentes, decenis pinge crassiores, & decenas quintis, vt ad intuitum abinuicẽ dignoscantur. Post hæc trahe lineam r. ζ. diametro B D. parallelam, hac quidem industria, sume distantiam A B. & stante pede in B. altero vago describe frustum circuli ζ. & amoto pede a B. ponatur in E, & altero vago extenso ad ζ intersecca pristini arcus frustum ζ. altera simili arcus partiuncula ζ. Eandem facito operationem ex punctis D & E. describendo duas alteras prioribus correlatiuas arcus partiunculas, sese in r. orthogonaliter intersecantes. Super datis ergo punctis ζ & r. protrahe lineam K L. parallelam B D. & ab A. estenso regu-

lo ad

lo ad arcum E G. traducito per singulas perpendicularium Cylindri parallelarum super ipsum arcum E G. quiescentium lineas & ab his intersectionibus ad lineam K L. hoc est, ab arcu E G. ad lineam K L. trahe lineusculas, quasi trigonum efficientes isoscelem A E L. cuius tamen concentricæ lineæ (ad confusionem linearum effugiendam) sub Cylindrico quasi transire videantur occultè.

Ex Trigono Isoscele Parallelogrammum construere. *Cap. V I.*

ZOdiacum latitudinum vniuersalem, effigiem Parallelogrammi habentem, qui suis decussatis orthogonalibus lineis, omnium polarium eleuationum duodecim signorum Zodiaci domos, & partitiones earũ (omnibus prorsus climatibus, meridianis, parallelisque deseruiẽtes) complectitur, hac lege compones. Internalla linearum trigoni A E L. super lineam E L. cadentium, officio circini transferas super duas parallelas E K, & A M, & per lineas perpendiculares, singulas contrahe corrispondentes notas, quas decussabis hoc modo, pone regulum super singulos quintos & decimos gradus quartarum B E, & D E. inuicem correlatinos, sicque perpendiculares parallelogrammi totidem orthogonaliter lineis decussabis transuersis, quas è regione lineæ M K. signabis numeris suis, vt ad intuitum cuius numeri sint facilius dignoscãtur. Tandem posito regulo semper in A. & producto per singulos quintos, & decimos gradus quartæ B E. trahe lineas ab A, ad prædictam circumferentiam, parallelogrammum quasi ambligonicè intersecantes, ad similitudinem ferè poligonij. Lineas insuper domos parallelogrammi distinguentes, paulò crassiores decenis, & decenas quintis, trahere poteris, vt ab inuicem facilius discernantur. Linea igitur C A E. vice est Aequinoctialis, nempe initium ♈. & ♎. sequens autem crassior linea versus M. principijs ♍. & ♉. item ♓. & ♏. & iterum sequens crassior, initijs ♌. ♊. ♒. & ♐. Linea denique M K. tropica scilicet æstiua & brumalis signorum ♋. & ♑. initijs deseruiet. Descripsimus tandem signorum characteres tam in Cylindrico, quàm in parallelogrammo potius ad decorem, & ad maiorem, faciliorem que legentium intelligentiam, quàm ad aliquam vtilitatem, seu necessitatem.

E Parallelogrammo Thaumellipsim erigere. *Cap. V I I.*

DE Zodiaco Cylindrico, hoc est, columnare, & de parallelogrammo expediti, nunc ad ingeniosissimi Thaumellipsis nostri descriptionem properamus, circa quam diligenter considerare oportet singularium habitationum Trigonos, ac parallelogrammos Zodiacos, qui a lineis decussantur transuersis. Parallelogrammum vniuersale A M K E. orthogonaliter intersecatur a transuersis, procedentibus a correlatiuis gradibus semicirculi B E D. Trigona antẽ isoscelia secantur ambligonicè. Igitur Zodiacum aliquem, præsertim tuæ habitationis, primò aliquantulum considerare non erit inutile, vt, exempli gratia, si esset eleuationis grad. 45. A r 8. cuius quantitas est A r. Post hæc duos describamus circulos, qui in se futuram ellipsim contineãt, hoc modo. Extende regulum super correlatiuos 60. gradus semicirculi B C D. & vbi secat lineam C A. nota intersectionem reguli, puta in P. medietate quidẽ C A. & posito circini pede in P. & altero expanso ad A. vel C. describe circulum A Q C R, (cui similem, correlatiuumque describes etiam super lineam A E. quando Mithræhorarij Sciographiam describere voluerimus, vt suo loco infra dicetur), cuius alterius medietatem C Q A, vel C R A. in 18. partes æquales diuide. Quam quidem diuisionis operationem expedies & hoc altero modo, nempe, pone circini pedem in A. & altero vago ad singulas quinas expande intersectiones parallelarũ cum linea A E, & illico, conuerso circino ad lineam C A. de quinque in quinque, iisdemmet circini expansionibus, totidem describe arcuum portiones in circulo A R C Q. (& in suo correlatiuo inferiori, de quo in cap. 1. & reliquis lib. 3. suo loco in Mithræhorarij dicetur descriptione) quas quidem arcuum portiones a quinta sub C. vsque ad 85. supra A. ad acacuum intelligentiam hic apparentes describere placuit. Nolo subticere (antequàm vlterius procedamus) & alterum facillimum modum diuidendi prædictum semicirculum C Q A. in 18. partes, qui talis est, pone regulum semper in A. illumque circũducito per quinos gradus quartæ B C, vel C D. & vbi regulus intersecat circulum A Q C R A. nota puncta, deinde ex A. ad ea puncta expanso

altero circini pede, totidem circinare arcus in prædicto circulo inclusos, quod idem erit. Ab his expeditus parandis, & descripturus aliquem arcuatum Zodiacum ad constituendā ellipsim, applicabis partem reguli semper in A. & alterā extendes ad gradū illius eleuationis in semicirculo B E. inuentū, deinde numerabis gradus, quos lineæ transuersæ (orthogonaliter parallelogrammum decussantes) eleuationis lineam (ab A. ad prædictam quartam B E. protractam) ambigonicè interscecant, quia ex ipsis ambigonicis interscectionibus tuum arcuatum Zodiacum, ad totam ellipsim constituendam, abstrahere debemus. Sed vt de hac operatione certior reddaris exemplo, descripturus arcualem Zodiacum ad 60. ele. u. pol. hanc tibi delectam enumera in gradibus Poligoni A B E. a B. versus E. hoc est, ab oriente versus septentrionem, & illicò videbis lineam, ductam ab A. ad ipsum 60. gradum prædictæ quartæ B E. a lineis transuersis (lineæ B D. parallelis), & a perpendicularibus (parallelis A E, & M k.) diuersimodè interscari. Harum ergo omnium contactus, vel interscectiones linearum diligenter cōsidera in quot, & qualibus gradibus (tam linearum duodecim domorum Parallelogrammi, quàm transuersarum) in vnum incidant super ipsum 60. Zodiacum rectum, vel (vt ita dicam) potius Zodiacum isoscelem A F, (nempe 60. eleuationis B F.) quia omnes super iam iam datum arcum ♀ P. 60. μ. secundum dispositiones graduum semicirculi B C D. (numeris graduum semicirculi B E D. respondentem, licet ipsi numeri inuerso procedant ordine, quos quidem numeros parallelæ transuersæ in ipso Parallelogrammo repræsentant) reportare debes, quod quidem idem est, ac si dicerem, Zodiacum isoscelem, siue rectum 60. A F. è parallelogrammo M F E A. oportet ad Ellipsim futuram transferre, ipsumque rectum, siue isoscelem A F. Zodiacum facere arcuatum ♀. 60. μ. Sed vt acacus hanc rectius, faciliusque intelligat operationem, iterum transferramus 60. Zodiacum isoscelem, siue rectum A F. prædictum ex parallelogrammo, in Zodiacum arcuatū ♀. 60. μ. ad ellipsim, vt hanc lector hac sequenti ratione & exemplo citius intelligat operationem.

Zodiacum Parallelogrammum, seu rectilineum, ad ellipsim in curuilineum per exemplum conuertere. Cap. VIII.

EXtende regulum a centro A. super 60. gradum quartæ B E, vel considera lineam ibi iam protractam a centro A. ad gradum 60. prædictæ quartæ, & inspice interscectionem, quam ipsa facit cum linea tropica M k. & cum linea aliqua ex orthogonis, & inuenies incidere inter duas lineas orthogonales, procedentes a 49. & a 50. gradu quartarū B E, & E D: ideo applica regulam cētro A. & 49. gradui, & circa 30. min. (hoc est inter 49. gradū, & circa 30. min. vt dixi) quartæ C B, vel C D. & vbi regulus interscecat arcū ♀ P 60. μ. (futurum arcuatū Zodiacum repræsentantem in circulo Q C R A.) fac punctū, initia tropicorum repræsentantē. Quo facto iterum considera vbi prædicta trigonalis linea 60. interscecat aliquam aliā parallelogrammi, & aliquam orthogonalium, & videbis decussare secundā parallelogrammi decimum ♋. vel ♑. gradum repræsentantem; ab M k, versus O, lineā enim quinti gradus ♋. & ♑. in tam angusto nequiui mus protrahere spacio, Hanc igitur interscectionem videbis inter 48. & 49. transuersalem, seu orthogonam, ideo applicato regulo centro A. & intra 48. & 49. gradum quartæ superioris, nempe C B, vel C D. notabis reguli interscectionem cum arcu ♀ P μ. pro 10. gradu ♋. & ♑. qua quidem facillima procedes lege, candide lector, notando 10. & 5. puncta huius domus, & reliquarū domorū sequentiū, sicque hunc, omnes reliquos Zodiacos rectilineos in curuilineos de quinto in quinto, è parallelogrammo ad ellipsim, tuo transferendo ingenio, cōtinua ordinē.

Modum reducendi puncta translata ad formam Ellipsis ostendere. Cap. IX.

POstquàm è Parallelogrammo Zodiacos recti lineos super omnium arcuum medietatē, ad quam placuerit partem circuli A Q C R. de 5. in 5. transferre perfeceris, diligenter considerasi aliquis punctus ab ordine fortè declinet eliptico, quem ad formam ellipsis tuo reducere satages ingenio, quia ferè impossibile erit, ne aliquis punctus (præter tyronis intentionem) tantillum intra, vel extra ellipsin deuiet, hoc est, ab acie ad ellipsis formam describendam, declinet. Necesse ergo (modo iam memoratis exemplis mentem accuratè adieceris) omnia super prædictos arcus data puncta formam efficere ellipsis, q̄ si aliter euenirer, errorem corrigas, ad debitum scilicet ordinem puncta errata reducendo. Quo facto, beneficio circini, ad alterā puncta oportet reportare ellipsis medietatem, ponendo, scilicet vnum circini pedem in interscectione singuli arcus cum linea diametrali C A. & altero vago singillatim expanso ad omnia, iam super eosdem

arcus data, puncta, deinde circini vertendo pedem ad alterã, hoc est, ad nudam arcuum partem, imprime puncta ordine super arcus correlatiuo. Tandem pũcta, domorum præsertim initia indicantia, vna continuabis serie curua, ad ellipsis formam redacta. Decenas autem graduũ repræsentantia puncta, quibusdam signabis incisionibus: quintos vero gradus paruulis notabis punctulis, omnes tamen ad ellipsis reducendo formam, vt in exemplaribus videre licet, vbi sex duodecim signorum domos, quibusdã stellulis, siue asteriscis: graduum decenas quibusdã lineunculis, vel incisionibus, quintos vero gradus quibusdam punctulis ab inuicem ad formã ellipsis distinximus. Sed quia operatio cõuertendi rectilineos in curuilineos, secundũ præostensa exempla, est admodum facilis, ideo tum breuitati studens, tum etiã ob cęlatorũ commoditatẽ, scilicet ne nimia in incidendo afficerentur molestia (iam enim tot puncta in tã paruo spacio se egrè ferre, nec super ligneas tabulas, nisi maxima difficultate, incidere posse dixerũt) quintorũ, decimorumq; graduum notas in Sciographia cautè prætermisimus. Veruntamen in essentialium figuratũ, schematibus (vt videre licet in ipso Archihorario, Mithręhoratio, & Archihoroscopo) quina & decena puncta eos incidere cogimus, quippe quę in Sciographia prętermisisse nihil refert.

Polycerotis, siue Selanoidis Zodiaci, simul & Dactylioti initia contexere. Cap. X.

SI a correlatiuis quartarum C B, & C D. 60. gradibus protrahes orthogonam α β P Γ δ. & pariter a correlatiuis 45. uidelicet S, & T. gradibus earum, duæ perpendiculares S β, & T Γ. super prædictam orthogonam δ α. inuicem correlatiuæ ceciderint: & a centro A. per pũcta T, & S. protrahantur duæ Hypotenusæ R T, & Q S. equidẽ necesse erit bina triangula rectangula æqualia surgere, ex quorum latitudine β Q. uel R Γ. Dactylioti nostri latitudinẽ scito fore sumendum. Circini ergo pede posito in orthogonalium intersectione P. altero uero ad angulum rectum β. uel Γ. & similiter ad angulum acutum Q. uel R. expanso, producito duos circulos A R C Q, & λ β T Γ. concentricos, & sumpta semidiametri P Y. medietate Π. illicò describe circuli Y V P Z. & inuariato circino, pariter describe duas correlatiuas quartas Γ V, & β Z. circa duo data centra X X. quæ æquales erunt quartis Y V, & Y Z. iam iam dati circuli Y V P Z, quem more solito diuides in duodecim domos, & singulam domum in 30. grad. de quinque in decẽ. Deinde siste circini pedem in P. & uago uariè expanso ad singulas diuisiones quartæ Y Z, uel Y V. totidem describe circulos concentricos, intra circulum maiorem Y Γ λ β. & minorem C R A Q. inclusos, qui sunt decem numero, pulcherrimũ effigiantes dactyliotum, idest anulatũ Zodiacum. Deinde Polycerotis, siue Selanoidis circulorum excentricorũ Zodiaci centra, super lineam C P. hac exploranda sunt industria. Applica regulum ad singulas correlatiuas quartarũ β Z. & Γ V. cum omnibus circulis concentricis Dactylioti Y C Γ R λ A β Q. intersectiones, & vbi regulus intersecat lineã C P. nouem pinge notas, Polycerotis centra indicantes, super quæ singillatim posito vno circini pede, & altero vago ad P. semper expãso, describe nouẽ circulos excentricos, quos P V Y Z. in se oĩbus maior, includit, qui simul in vnũ Polycerotẽ, siue Selanoidẽ efficiũt pulcherrimũ. Tandẽ posito regulo semp in P. & circũducto per vniuersas eiusdẽ circuli P V Y Z, decisiones, ꝑtrahe lineas cõcẽtricas a P. ad eius circũferentiã, quæ quidẽ lineæ singuli circuli excẽtrici 12. signorũ Zodiaci domos distinguũt, quarũ primę (viciniores Y P.) sunt P ν, & P υ. Decenas tãdẽ graduũ q̃busdã distingues intersectiũculis, sicq; una, eadẽq; operatione in 12. domos, oẽs Selanoides uides esse diuisos, & simul pulcherrimum (vt dixi) effingere Polycerotẽ.

Ex Selanoide, siue Polycerote, ad Dactyliotum duodecim Zodiaci domos transferre. Cap. XI.

ANtequàm ad hanc accedamus operationem, pro uitanda in laborando difficultate & confusione, cuique circulo tam Selanoidis, quàm Dactylioti applicandum est proprium eleuationis poli numerũ: ideo primo ac minimo selanoido duos tribue numeros, nempe 5, & 85; secundo, paulò maiori, tribue numeros 10, & 80; tertio 15, & 75; quarto (semper ascendendo uersus ν. & υ.) tribue numeros 20, & 70; quinto 25, & 65; sexto 30, & 60, septimo 35, & 55, octauo 40, & 50; nono, ac ultimo, omniumq́, maiori Polyceroti (qui cæteros omnes in se cõtinet) tribue solũ numerũ 45. sub ν, & sub υ. quos quidẽ numeros elegi describendos apud duas concẽtricas longiores, nempe ν P, & υ P. proximiores lineæ æquinoctiali P C Y. ubi reliquis nihil operationibus erunt impedimenti. Iisdemmet numeris, opposito tñ ordine, signabis dactyliones, nam maiori dactyliono (post dactyliotecam, cui initium est tribuendum) hoc est secũdo,

tribue

tribue 5.& 85.& sic intrinsecè procedēdo uersus R,& Q.(semper tamē sub duabus notis β.& Γ.) describes reliquos numeros,hoc videlicet modo,tertio dactyliono tribue 10,& 80; quarto 15, & 75; quinto 20,& 70; sexto 25,& 65; septimo 30,& 60, octauo 35,& 55; nono 40,& 50, decimo (reliquis omnibus minori) tribue vnicū numerū 45. sub R,& sub Q. vbi reliquis operationibus nihil cernitur esse impedimēti. Quibus ita paratis, pone regulum singillatim super vniuscuiusque Polycerotis proprio centro excentrico (quæ quidē centra notata sunt inter π, & P. his numeris, 1,2,3,4,5,6,7,8,9, quia nouē sunt & ipsorū Polycerotes) & consequenter super singulas binas, sibi inuicē correlatiuas, diametralesq; circulares diuisiones singuli Polycerotis, ex hac,& ex altera diuisionū, sibi correspondentiū parte, (sed incipies a domorum initijs, postea a decenis, inde a quintis graduū) & illicò protrahe domorū initia quibusdā lineis, in modū radialis pyramidis redactis, quæ tangant limbum, siue circumferentiā circuli β γ Γ λ, quibus quidem singulis radialibus lineis propriæ polaris eleuationis assignabis numerū, numero earum dactylioni,& polyceroti correspōdentē, vti res postulat,& exemplar ostēdit, quā quidē operationē, etiā in compositione Sciographiæ Archihoroscopi docebimus, in qua, ad faciliorē operātium intelligentiā, lineas a polycerotum centris, ad dactyliotecę circumferentiā, apparentes extendimus, quas tamen, ad lineamentorum confusionem fugiendam, in hac figura ex industria prętermisimus. His igitur diligēter peractis, restat nobis initia domorum iam iam super dactyliotecā γ β λ Γ. ex selanoidibus translata, versa vice super correlatiuum quemq; reportare dactylionē; quod rectè hac cōplebis industria, pone regulum in centro P. quē, non quidē diametraliter extendendo, sed singillatim, seu semidiametraliter per singulas lineuncularū series prædictarū (super dactyliotecā γ β λ Γ. in modum pyramidis, vel splendoris, cadētium) circumducendo, & vbi regulus intersecat illū dactylionē, cuius numerus est idem cū numero pyramidalis lineunculæ (hoc est eiusdē polaris eleuationis) fac pūcta crassiora, siue asteriscos, domorū initia indicantes: puncta vero denorum, & quinorum graduū reprę sentantia, eadem lege, qua domorū a selanoidibus ad dactyliotecā, & ab ipsa dactylioteca ad singularem quemque dactylionē (quemadmodum iam iam diximus de domorum translationibus) sunt reportanda. Tandem, ne in transferēdo, ob punctorum multitudinem, cōfundaris, eo quod omnia puncta super dactyliotecā primo transferenda sint: ideo, postquàm vnam perfeceris trāslationem, poteris è dactyliotecæ circumferentia passim ea puncta leniter delere, ut reliquorū selanoidorū domibus, gradibusq, earū locū præbeāt transferēdis. Postquā uero nouē selanoidorū pūcta ad dactyliotecā β γ Γ λ. & inde ad singularē quemq, dactylionem, transferre perfeceris, restat ea per series curuas reducere secundum diuersorum punctorum naturalem, flexuosamque dispositionem, quemadmodum in hac, & in secunda figura demonstrauimus, ideo exempla inspicere, & imitari minimè pigeat.

Immobile Horologium, quod Diadema horarium uniuersale appellare possumus, delineare. Cap. XII.


HOrologij immobilis, siue Diadematis horarij, omnes horas ab ortu & ab occasu, a meridie & a media nocte (arcus diurnos, & nocturnos, integros & fractos cōstituētes) per vniuersum orbem contingētis, facillima est, hac lege, descriptio. Ex centro P. ad liberā distantiam a Dactylioteca β γ Γ λ. describe circulum δ Σ α ρ. ipsam ambientem dactyliotecā. Attamen, vt proportionalius hanc expedias operationē, stante pede circini in P, vagū ad 12. gradū supra D, vel B. versus C, expande, qua expansione describe prædictum circulū δ Σ α ρ. quem prolongata linea Æ Υ. intersecabis in ♎, vel Σ. vbi supra notabis signum ♎, & horas tempore æquinoctij, tam seminocturnas, & ortiuas, & semidiurnas ab occasu, quàm ortiuas tantùm a media nocte, nempe sic, 6. mediæ noctis; 12. ortus Solis, 18. meridiei, VI. ortus Solis horarū a media nocte. His paratis, pone regulū in A, & illū circūducēdo p singulos circuli B C D E, gradus trāsferas illos sup prędictū circulū excētricū δ ρ α Σ. quos in 24. horas ęquatoris distribue cū medijs & quartis earū, tribuēdo uidelicet cuilibet horę grad. 15, & cuiq; semihorę gra. 7. & m. 30, & cuiq; quartę gradus 3, & min. 45. ut uidere licet in hac figura, in qua lineæ illæ longiores sup prędictā portionē maiorē δ Σ α. horas integras: minores vero lineæ medias denotāt: quartas tū in schemate practicę figurę seruauimus deponēdas. Insuper sicut portioni maiori B δ Σ α D. tribuisti 24. horas, ita totidē scito tribuēdas portioni minori B ρ D. quēadmodū suo loco dicemus; nā horæ superioris, ac maioris portionis vocabūtur ab occasu, inferioris vero, ab ortu, quas in hac minimè descripsimus figura, ne Sciographię partē B ρ D. cōfunderemus, sed nobis pro nūc satis fuit tantummodo hoc Diadematis iecisse fundamentum, quòd denotat prædictus circulus δ Σ α λ.

Corollarium super Symmetriam, seu Analogiam huius Sciographiæ. Cap. XIII.

QVod in hac figura sit quædam apta membrorum, partiumve correlatiua lineamentorum proportio, per ea, quæ hic sequuntur necessario patet. Sit ergo circulus primarius B C D E, circa centrum A, binis diametris C E, & B D, per centrum A, in quatuor partes æquales in punctis B C D E. orthogonaliter sectus, & singula quarta diuidatur in 90. gradus & numeri graduum quartarum B C, & C D, incipiant a C, versus B, & D; sed quartarum B E, & D E, gradus incipiant a B, & D, & desinant in E. surgant ex gradibus 23. & min. 30. duæ illæ correlatiuæ quartæ G Æ, & N I. & inde eueniat Zodiacus Cylindricus, a quo Parallelogramum, & a Parallelogramo Ellipsis, quam includat Dactylion A B C Q, procedens ex datæ orthogonæ sectionis centro P. Item a 45. gradibus S, & T. cadant super orthogonam δ α. duæ perpendiculares S β. & T Γ. & ab intersectionibus Q, & R, per 45. grad. prædictos S, & T, protrahantur duæ hypotenusæ S Q, & R T, quibus duo triangula æquiangula rectangula constituantur inuicem æqualia & correlatiua S β Q & T Γ R. & a centro P. interuallo autem β. uel Γ. describatur dactylion β λ Γ. Deinde sumpta medietate inter β. & P, vel inter P, & Γ. in X, vel inter P, & Y, in Π. circa ipsum centrum Π. describatur selanoides P V Y Z, & ex duobus centris X, duæ eueniant quartæ Γ V, & β Z. inuicem æquales & correlàtiuæ. Polyceros uero P V Y Z, diuidatur in duodecim domos Zodiaci, & singula quæq; domus in tres decenas, & totidē quintas, ad quas è cētro P, procedant lineę concentricæ, quæ domū a domo, & decena a decena, & quinta a quinta distinguant. Postea posito pede circini firmo in P, & vago ad singulas octo decenas quartæ V Y, vel Y Z, expanso, describe totidem dactyliones concentricos, intra Υ β λ Γ. maiorem, & C Q A R, minorem inclusos. Deinde posito regulo super singulas correlatiuas incisiones quartarum V Γ. & Z β, cum nouem dactylionibus, totidem fiant notæ super lineam C P. ad selanoidorum centra describendorum excentrica exploranda; in quibus singulis centris posito circini pede, & altero vago ad P, semper expanso, describantur octo polycerotes, hoc est circuli excentrici, inclusi in primo, ac maiori polycerote, aut (vt ita dicam) selanoido Y V P Z, qui quidem omnes selanoides a 12. lineis (& a reliquis decenatum, & quinatum incisionibus ac punctulis) concentricis, a P. ad prædictum selanoidem maiorē ductis, illico in 12. domos, vnica apparent operatione diuisi, quippe quæ diuisiones, officio reguli positi in singulis centris excentricis, & super proprium cuiusque centri selanoidem, omnes ex ipsis selanoidibus solūmodo super solam dactyliotecā Υ β λ Γ, diametraliter transferantur, & ab ipsa dactylioteca ad concentricos dactyliones (selanoidibus, secundum eleuationum polarium numeros corrispondentes) item singillatim transferantur, quod idem est, ac si dicerem, diuisiones selanoidis 45. trasnferantur ad dactylionem 45. item domus & cætera puncta selanoidis 40. 50. transferantur ad dactylionem 40. 50. item 12. domus cum decenis, & quintis earum, quæ sunt super selanoidem 35. 55. deferantur super dactylionem 35. 55. & ita deinceps eodem modo de reliquis intelligas velim: omnes, ea tamen conditione, ut iam diximus, primò super dactyliotecam è selanoidibus, & postea è dactylioteca, seu maiori dactylione, ad minores, sibique concentricos dactyliones, translationes fieri debent. Tandem posito pede circini in P, & altero expanso ad duodecimum gradum circuli B C D E, a B, versus C, describatur circulus δ ρ α Σ. super quem, officio reguli semper in A, positi, è circulo prædicto B C D E, omnes gradus transferri debent. Dico itaque quòd si circulus δ ρ α Σ. rectè transibit super 12. gradum a B, vel a D, versus C, (quamuis minimè sit de essentia & iustitia figuræ), & lineæ Τ Γ. & S β, eleuentur uersus δ. & Ŧ. amussim peruenient ad contactum linearum secundæ horæ circuli B Σ D. ab æquinoctiali Σ Y, uersus B, & D. Hæc itaque omnia (modo rectè operatus fueris) ita se habebunt, nempe necesse erit quod, quemadmodum lineæ perpendiculares M K, & O L, tropicorum rectè cadunt super 26. gradum F, & G, ab E, numeratum versus B. & D; ita linea A ζ. de necessitate transeat per 26. lineam decussantem parallelogramum in decussatione videlicet lineæ perpendicularis M K, in puncto σ, & per consequentiam tropicus ellipsis C, X φ. cadat in puncto φ. super quartam A Q, in intersectione lineæ A α. transeuntis per 26. gradum quartæ B C, a B. versus C, in α. numeratum. Alterius correlatiuæ partis, uel medietatis Sciographiæ eadem est operatio & symmetria, siue analogia: si uero aliàs, quàm prędiximus, eueniret, scito te, in operādo, aliquem modicum commisisse errorem, & ideo corrigendum. Huiusce modi inscriptionis uide figuram sequentem.

SCIO-

SCIOGRAPHIA ARCHIHORARII CHERVBICI CATHOLICI.



Archihorarium a Sciographia separare, & ad suam egregiam formam reducere. Cap. XIV.

MIhi satis facilis videtur modus reducendi Archihorarium nostrum ad suam egregiam formam, hoc quidem facillimo artificio extendatur schema Sciographiæ super vnum (si vnum tantummodo), vel plura (si plura simul volueris Archihoraria, vnica operatione, describere) folia alba, quæ vnum super aliud non paucis aciculis, per margines confictis, firmentur super planissimam tabulam; deinde acutissimo, ac subtilissimo graphyo, siue aciculo suendi (ex illis subtilioribus, ferè ad similitudinẽ pili subtilissimo) in competenti manubriolo ligneo iam accommodato, vade leniter pungendo super omnes lineas, circulos & puncta, quæ ad formam practicam Archihorarij producendã sunt essentialia, vti sunt, circulus magnus ϑ Σ α β ς Dactyliotheca Υ Γ λ β C R A Q, Ellipsis C X μ A φ X C Γ P A. Item tria puncta ad manubrium ρ E Æ. describendum, & ad protrahendam lineam meridianam E Æ, de medio dorsi, & de medio faciei super manubrium, quod non Rotæ Archihorarij, sed dorso, siue matrici eius coniunctum ex eadẽ oportet esse continuata materia. His peractis refige aciculos, & hac sequenti incipies lege delineare Archihorarij faciem. Primùm pone circini pedem in centro inuisibili P. & altero vago extenso ad Y, describito dactyliotecam Υ β λ Γ, & compresso circino ad reliqua puncta inter β & Z, & tandem ad C, describe reliquos dactyliones vsque ad vltimum, minimumque C Q A R, Deinde, calamo valde acutè apparato, denigra paulatim puncta, seu foramina alba, quæ ellipsis, & dactylioti Zodiacos constituunt vniuersales, initia domorum a decenis, & quinis graduum distinguendo, ac stellatum, incisionum, punctulorumque series ad morem castrorum curuatim in ellipsis forma reducendo, ac si militum essent ad præliandum paratorum acies ordinatæ. Post hæc tuopte ingenio diuide marginem inter Σ, & Y, in nouem horaria interualla, seu Sphæras, vel Periphærias, ab inuicem debita circulorum quantitate distinctas, quibus Diadema horarium (hoc est immobile horologium) constituitur vniuersale. Intra horarias Peripherias immediatè circà dactylionem Υ β λ Γ, æqualibus describes diuisionibus dactyliotecam, Peripheriam duodecim signa Zodiaci, & 12. anni Gregoriani menses continentem: & scire debes, quod lineæ diuisionum, quæ domos, graduum denas & quinas, & graduum singularium, dierumque distinctiones ostendunt, a centro P, procedere debent. Et postquàm ab Y, versus β λ, & Γ, descripseris cuiusque signi singulos gradus, & gradulum numeros de 30. in 30. intra tres tamen domos ♑, ♒, & ♓, graduum numeri describendi sunt continuatè de decem in decem vsque ad 90. quibusdam numeris, simplicioribus quidem, sed cæteris grandioribus, ut ad nutum facilius uideantur, & dignoscantur. Ista 90. graduum series efficit scalam Polarium eleuationum vniuersalem, ad reducendam Archihorarij totam, siue faciem, super tuæ singularis eleuationis gradum, quando horas noctu scire volueris, vt infra dicetur. Describe insuper super æquinoctij lineam C A, polarium eleuationum numeros de quinque in quinque, vel tantummodo de 10. in 10. a C, versus A. Ellipsi deseruientium, ad arcuales Zodiacos distinguendos, & ad quantitates dierum, ac noctium explorandas. Sed graduum numeros eleuationum dactylioto deseruientium, describes inter λ, & A, & inter C, & Y, iuxta ordinem exemplaris incipiens videlicet a λ, versus A, vbi cadit 45: numerus, reliquam numerorum medietatem describes inter C, & Y, notando in C, numerum 45. & reliquos per ordinem versus Y, vbi desinit 90. gradus. Isti enim gradus deseruiunt ad cognoscendum tuæ eleuationis dactylionem, pro horis indagandis nocturnis.

Circulos mensium, diesque anni Gregoriani circa Zodiacum adamussim describere. Cap. XV.

QVia in cap. 3. duos inscribendorum circulorum Peripheriæ anni modos annuimus, quorum primus per concentricos, ut ibi, secundus per excentricos circulos, ut hic, inscriptionis operationem absoluit, ideo ad lectorum satisfactionem, quæ verbis promisimus, absoluamus exemplis. Descripto ergo Zodiaco, ut in eodem cap. 3. docuimus, augem Solis ad tempus fabricæ tuæ Peripheriæ, ex aliqua nouiter calculata tabula extrahe, quæ exempli gratia, si esset vnius & dimidij gradus ♋· ibi facito punctum, quem cum centro P, idest ✶, per lineam rectam, leniter impressam, continuabis usque ad interiorem Peripheriæ Zodiaci circulum (sume pro

me pro exemplo sequentem figuram secundam, dato quod non esset ibi descriptus dactyliotus cum ellipsi) eamque dipartire in 32. æquas partes, primò in 4. deinde quamlibet in duo, & iterum quamlibet in 4. & habebit 32. partes: super harum ergo primam partem a centro P, versus Γ. præmissæ, (quod est a centro ✱. versus ♋. sequentis) figuræ numerando (quam quidem partem centrum circulorum excentricorum nominamus) pone pedem circini immobilem, & alterum vagum extende vsque ad interiorem Peripheriæ circulum, vtporè versus Γ. ♋. & illico describe primum Peripheriæ anni circulum, deinde tres alios, debitis distantijs ab inuicem segregatos, quorum duo primi singulis diebus anni, secundus & tertius singulis quinis tantummodo diebus, quartus & quintus nominibus mensium adaptabuntur: reliqua uero operare ut diximus supra in prædicto cap. 3. vbi fecimus satis, nempe applicando regulum centro ✱. idest P, incipiendo mensium diuisiones a 20. die Martij sub 29. gradu ♓. vbi ducta lineola quatuor amplectentem circulos, ostendet 20. diem Martij, quam F, vocabis, a qua lineola inclusiuè, per signorum successionem, idest prograde, numera in serie graduũ gradus quinque, a 30. ♓. inclusiuè usque ad 4. ♈. pariter inclusiuè & fini ac centro P, idest ✱. addito regulo fac lineolam pro 25. die Martij, quæ vocetur G, spaciolum autem F G, diuide in quinque æquas partes, residuum vero totum arcum (secluso arculo F G, quinque dies de 365, concludente) diuide in 360. partes æquales, primò in 6, secundò quamlibet in duo, tertiò iterũ quamlibet in 6, & ad tandem quamlibet in quinque. Arculus autem F G, iam iam diuisus fuit in quinque particulas, a 30. gradu piscium inclusiuè, vsque ad 4. Arietis (vt diximus) pariter inclusiuè, sicque habebis in toto circulo 365, partes inuicem æquales, repræsentantes 365, dies anni Gregoriani, & inuenies inter diem 21. Martij, & diem 24. Septembris, dies 187: numerãdo uero a 24. die Septembris ad 21. Martij perspicies dies dumtaxat 178. & ratio hæc est, quia Sol decurrens ab ♈. per ♉. usque ad ♎. quo uicinior principio ♋. existit, eo magis accedit, ad oppositum augis eccentrici, idest, ad punctum quod centro terræ vicinum existit, unde maiorem eccentrici partem ibi decurrit quàm hic, ob quam causam plus temporis requirit, ut illam percurrat partem quam istam perambulet, cum in eccentrico feratur uniformiter. Circulorum tamen in figura nostri Archihorarij eccentricitatem describere non placuit, ne ipsius formæ pulchritudinem uideremur confundere.

Archihorarij vniuersale, ac immobile horologium, quod Diadema horarium appellamus, facilè constituere. Cap. XVI.

Diximus supra in cap. 4. & 12. huius horologij proprium fundamentum esse circulum magnum B C D E, imò & totius Sciographiæ ipsius Archihorarij nostri, hoc ergo descripturus horologium vniuersale immobile, primò circa Peripheriam 12. Mensium describe quinque Peripherias, vel orbes concentricos, seu interualla, quorũ primus orbis, immediatè circa nomina mensiũ descriptus, cõtineat horas mediæ noctis ab ortu, & ab occasu, ab occasu quidẽ in maiori ac superiori portione B Σ D. ab ortu vero in minori ac inferiori portione B ρ D. Secundus orbis in suprema portione seruet discrimina horarum ab occasu ortiuarum, hoc est, in quibus Sol ab orizonte surgit: in infima aũt portione seruet horas occiduas horarũ ab ortu, hoc est, in quibus Sol occidit. Tertius orbis supremæ portionis horas meridianas ab occasu, infimæ autem pariter meridianas idem orbis amplectetur ab ortu. Quartus orbis horas habeat, a meridie in maiori portione, sed occiduas tantum: minor vero portio, a media nocte, sed ortiuas tantùm. Quintus ac vltimus & omnibus maior orbis gradus possideat distãtiæ eclipticæ ab æquinoctio. Et omnes istæ Peripheriæ singula per se habeat quędam strictiora interualla, ad medias continendas horas, quartasque horarum, & gradus singulares & decenos distantiæ eclipticę a puncto ipsius æquinoctij vsque ad punctum amplitudinis ortiuæ & occiduæ. Posito ergo circini pede immobili semper in P, centro videlicet instrumenti, altero vago tot inscribito circulos concentricos, siue Peripherias, quot, tam integrarum, quàm fractarum horarum, & singularium distantiæ graduum, ad pręparanda interualla, necessariò fieri debeant. Quibus pataris ad horarum describenda interualla sic procedes. Computa grad. 15. a Σ. versus B, super inuisibilia circuli occulti ρ Σ Γ λ, iam data graphio puncta, & fini, ac centro A, excentrico applicato regulo, protrahe duas uisibiles lineas, vnam ex parte ρ. inferioris portionis, & alteram ex parte Σ. superioris portionis (omnes tamen quinque amplectentes Peripherias), interuallum

quidem

quidem vnius horæ integræ à Σ. versus B, & alterius à ρ. versus D, indicantes. Hac eadem lege super singulos 15. gradus prædicti circuli occulti circumducas regulum, semper tamen firmum tenendo in A. extendes 24. lineas pro horis integris, duodecim quidem in maiori, & duodecim in minori portione, repręsentantes 24. horas integras in toto orbe αΣδρ. dispersas quamuis diuersimodè horarum numeros (vt infra suis dicetur locis) apud ipsas lineas 24. tribuere oporteat, quæ quamuis inæqualibus videantur ab inuicem distare discriminibus, sunt tamen quantitate æquales, quemadmodum videre licet ex fundamento B C D E. Cum vero mediarum horarum lineolas, siue distinctiones protrahere volueris, circumducito eodem documento regulum per singulos septem gradus & min. 30. super circulum occultum fundamenti inuentos, extende lineunculas, quæ vnum orbem, seu album ex angustioribus interuallum, & circa mediũ ex latioribus occupet campum more cuiusdam denticuli aliquantulum prominentis. Eadem lege describes quartas horarum, diuidendo scilicet singulos 7. grad. & 30. min. in duas partes, nempe in 3. grad. & 45. min. & ita circumducendo regulum super gradus occulti circuli fundamenti protrahes lineusculas vnum tantummodo per singulos ex angustioribus scindentes orbem, aut Periphærіam. Est tamen animaduertendum, quod in secundæ Peripherіæ orbe (qui ab orbe nominum mensium versus orbem graduum distantiæ eclipticæ tenet secũdum locum in ordine Peripheriarum) lineæ protractæ è regione mediarum horarum omnium reliquorum orbium, in hoc tantummodo secundo orbe horis integris deseruiunt, & efficiuntur horæ ortus Solis, & consequenter lineunculæ de hoc orbe protractę è regione lineuncularum quartarũ horarum reliquorum orbium, in hoc orbe medijs horis deseruiunt, quarum quartas tuo ingenio practicè distribuere minimè erit difficile, etiam absque reguli circumductione. Hac eadem lege singulos circuli occulti fundamenti gradus transferas visibiles ad præparatam earum Periphæriam BΣDρ. visibilem. Quibus absolutis, ac bene dispositis, intra latiores orbium, siue Peripheriarum interualla maioris portionis aΣD. incipies (vt infra dicetur) inscribere horarum, & graduum numeros, primò quidem graduum distantiæ eclipticæ ab æquinoctij puncto vsque ad punctum amplitudinis in maiori Peripheria, sumpto initio à Σ. æquinoctiali puncto versus B, orientem, & D, occidentem continuando; secundò in proxima sequenti interiore Peripheria adscribes numeros antiquos horarum à media nocte tantummodo ortiuarum, initio tamen facto a B, orientis puncto versus Σ. æquinoctij, vbi cadet hora vj. à media nocte, tantummodo ortiua, hoc est, in qua Sol oritur æquinoctij tempore; reliquas tandem continuabis vsque ad punctum D, occidentis, in quo cadet hora xij. super communem lineam veri orizontis recti diametralem B A D, super quem omnium horarum genera initium habent, & finem, initium quidem in B, orientis, finem vero in D, occidẽtis, vbi omnes horarum numeri (ab orientis puncto B, initio facto per meridiem C, & per septentrionem E, procedendo vt diximus) quasi sibi obuiam facere videntur. Reliquarum tandem horarum (hoc est ab ortu, & ab occasu) inscriptionis modum, super reliquis Peripherijs in sequenti ostendemus capite.

Horas ab ortu, & ab occasu à meridie, & à media nocte, super hoc Diademate horario facillimè inscribere. Cap. XVII.

QVàm facilè sit igitur horas ab ortu, & ab occasu super hoc immobile horologio distribuere, ex sequentibus patet. Nullus ignorat Solem in spatio temporis vnius horæ quindecim gradus percurrere æquatoris, ideo si horas mediæ noctis ab occasu describere volueris, incipies à prima longiore iam protracta linea horaria sub quintodecimo gradu distantiæ eclipticæ à B, versus Σ. & D, numerando, cui quidem lineæ in orbe, idest Peripheria horarum mediæ noctis ab occasu, tribues primum, ac unicum numerum primæ horæ; secundæ lineæ tribue secundum numerum; tertiæ 3; quartæ 4; quintæ 5, & sic procedendo, horarumque numeros augendo versus Σ. ubi cadet hora 6. mediæ noctis prædictarum horarum ab occasu tempore æquinoctij, & inde progradè procedendo vsque ad punctum D, occidentis, in quo describes numerum horæ 12. Iterum ad punctam B, orientis reuerteris, & in Peripheria ortus Solis earundem horarum ab occasu, incipies notare numeros, in quibus oritur Sol, è regione seminocturnarum, hoc quidem ordine, nempe, supra mediam horam mediæ noctis, inscribe numerum primæ horæ ortiuæ horarum ab occasu, & procedendo uersus Σ. notabis numerũ secũdę

horæ ortiuæ, iustè super linea primæ horæ mediæ noctis: super linea vero vnius horæ & mediæ horarũ mediæ noctis, notabis tertiam horã ortiuam horarũ ab occasu: super secunda autẽ hora mediæ noctis, notabis quartam horam ortiuã earumdẽ horarũ ab occasu, & ita continuando, singulis medijs & integris horis mediæ noctis, tribues unam horam integram ortiuam horarum ab occasu, ut ipsa res postulat: nam (ut docearis exemplo) si hora mediæ noctis esset, verbi gratia, 5, necesse est, ut ortiua sit 10: & si mediæ noctis esset hora 5, & ½, quis nesciat ad horam 11. Solem ab orizonte surgere? nonne uides in linea æquinoctiali sub Σ. cadere horã 12. ortiuã super horã 6, mediæ noctis horarum ab occasu? sequere igitur prograde notando horas ortiuas usque in punctum D. occidentis, ubi super horã 12. mediæ noctis cadet hora 24. ortiua horarum ab occasu. Item horas meridianas ab occasu, hoc ordine intra suam Peripheriam inscribere debes, reuertere ad orientis punctum B, vbi supra lineam orizontalem B A D. sub B. notabis numerum horæ 12. pro meridiana ab occasu. Deinde sub secunda linea horaria ex longioribus à B. versus meridem Σ. procedendo, describes numerum 13. horæ meridianæ ab occasu, qui quidem numerus cadet amussim super horam secundam ortiuã, & super horã primã mediæ noctis horarum ab occasu. Igitur hac facillima lege procedes in scribendo reliquas meridianas horas versus Σ. vbi inscribes 18. horam meridianam æquinoctiorum tempore, nam res ipsa postulat, quod si mediæ noctis ab occasu fuerit hora 6, & 12. ortiua, consequenter 18. erit meridiana, à qua discedens versus D. reliquas per ordinem meridianas inscribes vsque ad 24. quæ cadet super ipsum punctũ occidentis D. Non alia lege à superiori (è cõuerso tamen ordine) describes horas ab ortu in minori portione Diadematis B ρ D. illas super proprijs Peripheriæ horarijs orbibus distribuendo; initia quidem sumendo semper à B. uersus ρ. & procedendo vsque ad D. punctum occidentis, in quo omnes horæ finem habent, descriptionem perficies: dixi ordine conuerso ab horis ab occasu, nam horæ mediæ noctis ab occasu efficiuntur meridianæ ab ortu; & ortiuæ horarum ab occasu, occiduæ horarum ab ortu; & ita meridianæ ab occasu, mediæ noctis efficiuntur ab ortu. Itaque in eodem Peripheriæ interuallo horarum mediæ noctis ab ortu, describes numeros meridianarum ab occasu, & efficientur mediæ noctis horarum ab ortu: item in orbe horario continente horas occasus horarum ab ortu, inscribes horarum ortiuarum numeros ab occasu, & efficientur occiduæ horarum ab ortu: tandem in Peripheria meridianarum horarum ab ortu, inscribes horarum seminocturnarum numeros horarum ab occasu, & efficientur horæ meridianæ horarum ab ortu. Quia vero quantitas horarũ à media nocte (ortiuarum tantum) est eadem quæ est quantitas seminocturnarum horarum ab occasu, ita horæ à meridie (occiduæ tantum) sunt eiusdem quãtitatis, cuius sunt meridianæ horarum ab ortu, ideo eodem numerorum ordine eas inscribere debes (initio facto à puncto oriẽtis B.) numeris tamen antiquis eas notando vsque ad punctum D. occidentis, in quo desinunt. Horæ itaque à media nocte ortiuæ tantùm (hoc est in quibus oritur Sol) incipiunt semper à B. orientis, & transeunt per Σ. meridiei, & desinunt in D. puncto occidentis: horæ vero à meridie occiduæ tantum (hoc est in quibus Sol occidit) semper quidem incipiunt similiter à B. orientis, sed non transeunt amplius per Σ. meridiei, sed per ρ. punctum septentrionis, & desinunt pariter in D. puncto occidentis: & sic euenit vt horæ à media nocte, descriptæ super maiori Diadematis portione B Σ D. sint à media nocte ortiuæ tantum, & quæ descriptæ sunt à meridie super B ρ D. minore Diadematis horaria portione fiant a meridie occiduæ tantùm; quare fit ut singula earum sit alterius correlatiuæ index; nam si ortiua horarum a media nocte in portione B Σ D. fuerit vij, occidua a meridie in portione B ρ D erit v, vel (è contra) si v. erit ortiua horarum a media nocte in maiori portione, vij. erit occidua horarum a meridie in minori, & ita de reliquis, quemadmodum ex hac, & altera parte lineæ æquinoctialis Σ A ρ. super circumferentia Diadematis uidere, ac officio bistylli horarij digito tangere potes. Linea ergo B A D, (à qua initium sumunt ex parte B. orientis, & finem habent in D. occidentis omnes horæ cuiusuis generis) repræsentat verum orizontem rectum, quem in A. orthogonaliter intersecat circulus meridianus, seu diameter æquatoris Σ P A ρ. Restat tandem circa limbum ipsius Diadematis describere torquem horariam, hoc est, mobile Horologium H. duplicem 24. horarum continens ordinem, vt exemplar ostendit, & infra dicetur.

Archihorarij torquem horariam, seu mobile Horologium paucis expedire. Cap. XVIII.

Circa limbum immobilis Horologij, hoc est, Diadematis horarij describito horariam torquem, idest, horologium mobile H. 24. horas diurnas, & 24. noctu rnas horarum ab occasu; diurnas quidem super facie, nocturnas vero (ordine contrario a diurnis) super dorso continens, iuxta formam exemplaris, quod postea è limbo Diadematis, hoc est a rota Archihorarij Σ β P D, (si ex crassi papyri materia fuerit) circumcides, tali quidē diligenti artificio, quod quando omnino circumcisum fuerit, ac totaliter separatum, remaneat tamen limbo Diadematis, ex quo circumcisum est, vnitum, quasi torques circa crassitiem limbi rotæ in facto sibi torqui, vel limbo rotæ aggeuolo, seu alueolo quodam, vel parua cauatura, ne facilè exilire ualeat. Super hac dentata torque mobilis horologij inscribes, ut dixi, horas diurnas & nocturnas horarum ab occasu, diurnas quidem super facie, nocturnas vero, (ordine tamen conuerso) super dorso, illius at supra horam 24. relinquas denticulum H. cæteris omnibus denticulis grandiorem, ut idem noctu facilius plusquàm cæteri eminentius videri possit. Inter denticulos autem ipsius torquis describes etiam quartas horarum, suis pariter lineunculis & (si placuerit) denticulis distinctas. Si uero ex ære instrumentum conficere magis tibi placuerit, torquem pariter ex ære, quemadmodum & Archihorarium (iuxta formam exemplatis, quod tibi sub cap. 20. huius lib. monstratum est) fabrefacies.

Dioptræ, bistylli Solaris, & bistylli Horarij fabricam facilè expedire. Cap. XIX.

Quamuis ex horum instrumentulorum figuris quisquis, etiam rudis, per se ipsum fabricam erigere facillimè possit, iugiter tamen ad acacorum eruditionem, quomodo fabricen tur ostendere ociosum minimè videtur. Ideo primum pro dioptræ fabrica sumatur distantia P H, vel P V, quod est, a centro P, idest ✳. vsque ad cherubini frontem, nempe a ✳. centro instrumenti usque ad extremitatem maioris denticuli H. 24. horæ. Protracta igitur P H. iuxta formulam nostram fabrefacito dioptram super ipsa linea, vt in puncto H, facies semicircularem excauationem, per quam respicere possis lucidiorem Vrsæ minoris, postea centrum P. tum dioptræ, tum Archihorarij excauabis, vt inde stellam polarē noctu perspicere valeas. Duas præterea facito pinnulas Q, & R. tam latitudine, quàm longitudine omnino æquales, ita quod earum latitudo diametro pressulæ P F. adæquetur, & protractis in medio cuiusq, pinnulæ duabus equidistantibus lineis, in qualibet pinnula facito duo foramina a base pinnularum æquidistantia, è directo adinuicem se se aspicientia, duo quidem minora pro radijs solaribus interdiu recipiendis, & duo maiora pro noctu, quando libuerit Luna, firmis, vel vagis stellis obseruandis, vel pro altitudine cuiusque rei accipienda. Istæ pinnulæ super dioptra quibusdam innectentur auricalcheis vertibulis ad facilè extollendas, & deprimendas cum opus fuerit; sed & tantum ab inuicem distent, quod scalam Q R, ex dactylioto sumptam, minimè occupent, quam scalam hac industria super dioptram transferre oportet, pone circini pedem in P, idest ✳. centro Archihorarij, & altero vago super singulos quinorum punctorum intercapedines graduum inter C, & Σ. quod est inter A, & Λ. quas omnes super dioptram ab eius centro P, versus semiforamen H, inter Q R, isdem transferas circini expansionibus, curuas quasdam describendo lineas è numerorum regione ipsius scalæ. Cætera quæ magis ad ornamentum sunt, tuo marti perficienda relinquo. Fabrica insuper bistyllum horarium H R ρ. quod tantæ sit longitudinis, quantæ sunt duo semidiametri inæquales, nempe A Σ H. idest, A Y H. longior, & A B, breuior, super quem bistyllum officio circini scalam graduum diuersorum climatum inter A, & C, de medio Ellipsi transferas. Bistyllum etiam Solare H T ρ, cuneum T. fabrefacies habentem inter vtramque hastam ad quantitatem foraminis, hoc est, centri P. instrumenti, ✳. vt presse ingredi, & ad angulos rectos ex vtraque parte quàm facillimè & rectè extolli possit. Quod si ex duabus partibus, uel stylis, seu hastis (hoc est fractè) bistyllum conflaueris, officio cochleæ hastas inuicem in cuneolo T. copulabis, sicque post usum commodius reponi poterit. Hæc autem instrumentula tuo facilius ingenio magis quàm nostrorum multiplicitate verborum complete poteris, ideo tibi ex industria relinquenda confidimus.

De Archihorarij Cherubici


Armillæ, Pressulæ, Aciculæ, & Claui formas breuiter ostendere. Cap. XX.

NE eleuatiora tędio afficere uideamur ingenia, horum instrumentulorum potius ostendere schemata, quàm symmetricè eorum docere fabricam debueramus, tamen pro acacorum intelligentia animaduertendum est fistulæ reflexiunculam L, fieri debere super Pressula O, quando in vnum ambas instrumenti rotas & dioptra simul constringere volueris ex parte faciei Archihorarij, quam quidem pressulam O, immediatè supra pressulam F P, dioptræ continuè unitam, superponere debes, hoc est, sub oris L, reflexione malleoli multiplicis, leniter tamen, percussionibus, circumipsam fistulæ oram L, facienda. Stella autem fistulæ, ex eadem confecta continuata materia, ipsi fistulæ unita, ex parte dorsi maneat absque alia pressula, ut stellæ radijs S. ipsa fistula immobiliter firma teneatur, ne simul cum rota, uel cum dioptra circumuoluatur; sed immobilis permaneat tali quidem artificio, ut Archihorarij rota, & dioptra, circa ipsam fistulam, cum opus fuerit, facilè (pressè tamen) circumuolui possint. Fac etiã clauum, siue axiculum E. teretem (auriculam habentem in capite, per quam tenui filo ligari possit) decenter compositum, iuxta uertibuli fistularum capacitatem intrinsecam, ita tamen ut non facilius extrahi possit. Aciculam facies insuper, seu cochleolam X, ad Archihorarij rotam super polari eleuarione firmandam, qua serico filo apud D. pendeat, ne amittatur. Clauus autem X. ad manubrij brachium F C. vel apud Æ. de manubrio pendeat. Armillam tandem, sicut & cætera instrumentula, ex orichalco, curuaturam in medio capitis latam in modum fasciolæ anulatæ habentem præpara, è qua, virgula, siue clauiculus teres cum capitello N. emergat, per cuius ualde rotundum foramen (vt facillimè, ac dędalicè moueatur) infiges anulum suspensorium M. Insuper fasciola ipsa curuata anulatáque, duo habeat ex eadem orichalchi continuata materia sibi vnita pressa brachiola perforata, quæ supra crassitiem limbi dorsi clauiculis orichalcheis (vt è directo lineæ diametralis C Æ. quę est medietas Armillæ permaneat) affigantur, ex quibus Archihorarium dędalicè pendeat. Hanc poteris armillam alio artificio, ac differenti forma pręparare, vti est illa, quam super Archihorarij dorso in proprio descripsimus, ac infiximus loco. Ad probandum autem si Armilla cum suo suspensorio anulo, & cruicula vel perpendiculo, loco cruciculæ, in medio eius appenso (ipsa enim crucicula perpendiculi fungetur officio) dędalicè sit affixa, & Archihorarij pondus sit æquale, sic facito, lineę diametrali C Æ. dorsi, super puncto C, appone filum sericum exilissimum cum perpendiculo competentis grauitatis, quo facto, (si Archihorarij machina liberè ex Armilla, siue anulo suspensorio, tuæ manus digitulis capto pendente) filum dependens super prædictæ lineæ meridianæ rectitudine ad amussim pependerit, pondus Archihorarij erit ęquale, & ipsum Archihorarium rectè amussicatum (ad geometricas operationes, cum opus fuerit, obtinendas) appellabitur: at, si è prædicta linea C Æ. deuiare perspexeris, deuiationem corrige, huc vel illuc amouendo, seu flectendo vel impellendo armillam vel brachia, vsquequo perpendiculi filum super lineã C P Æ. prædictã ad amussim pendeat, ipsaque linea filo subdatur in vnguem; quod si ita cuenerit, profectò opus se optimè habebit, ac totam Archihorarij nostri fabricam, felici sidere, candide Lector, ad DEI OPT. MAX. gloriam perspicies esse completam.

HARVM RERVM HANC SVME IMAGINEM.

ARCHI-

ARCHIHORARIVM CHERVBICVM CATHOLICVM AD QVANTITATES dierum, ac noctium, ad horasque diurnas atque nocturnas Italicas, & Boemicas per vniuersum mundum dignoscendas exquisitissimum.



Quę numerosa prius numerorum turba docebat,
Hoc instrumentum pandit Sandolmianum.

Archihorarij dorsum cum suo manubrio breuiter absoluere. Cap. XXI.

PRæpara (iuxta huius exemplaris formam) Archihorarij dorsum cum suo manubrio, eiusdem continuatæ materiæ sibi vnito. Rotæ insuper huius dorsi circumferentia, vel limbus, sit eiusdem magnitudinis, cuius est rota, siue facies Archihorarij ℞ B D. Torquis autem horariæ superare debet circumferentiam limbi tam Archihorarij, quàm dorsi, ut facili, ac primo intuitu horam uidere possis. Excauabis in manubrio etiam duas illas fenestras oblongas super alis Cherubini, similiter & centrum ✳ ambarum rotarum & dioptræ, tantæ dico excauabis amplitudinis, ut pisi granum facilè per ipsum centrum adigi possit, per quod stellam polarem noctu cernere possis, sicut per fenestellas lucidiorem pariter Vrsæ minoris cum inde circumcursauerit uidere queas. In calce, siue cacumine manubrij configes (vel ex eadem continuata materia compones siue inuertes) interiorem, idest mediam vertibuli partem Æ. Duæ uero extremæ huius vertibuli partes, semper fixæ remaneant super scabello gnomonico apud pyxidem, vt infra dicetur. Fabricabis & clauum teretem E, quo vertibuli partes vniantur, quem filo tenuo ex aliqua manubrij parte, ne facile amittatur suspendas; quod idem etiam faciendum esse de spina, vel cochleola x, intelligas, sicut in exemplari vides me collocasse in loco satis oportuno. De fabrica Lunaris Horologij, ac Zodiaci acatij, horarumque inæqualium, & scalæ altimetræ dicetur in cap. 12. & 13. lib. 2. ubi ex industria tractanda reseruauimus. Interim tamen inspice ibi (si placet) figuram cum suo titulo.

Archihorarij scabellum gnomonicum vniuersale cum suo fulcimento fabricam ostendere. Cap. XXII.

SCabelli gnomonici Catholici restat paucis demonstrare fabricam. Sumatur ergo distantia P Æ, hoc est, a centro ✳ iam perfecti instrumenti vsque ad calcem manubrij, ubi est punctus Æ. (repræsentans alteram vertibuli partem, vel potius ipsam medullam vertibuli, hoc est, punctum inuisibilem) & super præparata planissima tabula ex orichalco, vel ex duplicato crasso papyro, extendatur linea QHT, quam altera linea GHI, orthogonaliter intersecabis in puncto H. Protrahantur & lineæ perpendiculares, atque parallelæ B C, D E, B D, & C E, quibus fiat quadratum æquilaterū B C D E, quod fit ex data linea recta P H T, orthogonaliter in se ipsam rectissimè decussata. Deinde pone circini pedem in B, & vago expanso ad C, procrea quartam C F D. cui similem facias ex C, in B, ad F E. quæ se se cum recta Q T, intersecabunt in F. Has quartas diuide in partes 90. a B, & a C, versus D, & E, quod si rectè operatus fueris, primò perspicies eas se se ad amussim intersecari super linea Q T, in puncto F. hoc est, in 60. gradu earum: secundò, ambo trigesimi gradus earum cadunt in intersectionibus Y, & Z, lineæ videlicet YHZ. Postea posito circini pede in puncto H, & vago extenso ad punctum G, vel I, describito arcum G Q I, ex quo fulcimenti fabricam tuo expedies ingenio. In puncto vero Q. facies denticulum P. aliquantulum eleuatum, sed valde acutum. Hoc fulcimentum G Q I, per sua vertibula R, & S. pauimento copulabis ac mobiliter vnies in punctis G, & I. Deinde sub fulcimento facies quoddam alueolum, tum ad ipsum fulcimentum recondendum, tum vt ipsius fulcimenti vertibula commodius possint suum exequi officium. Scalam demum polarium eleuationum, sub dorso Archihorarij reportandam, hac lege perficies, pone regulum super correlatiuis gradibus ambarum portionū B E, & C D, & reguli intersectiones notabis super linea A H Q. adscribendo singulo decimo gradui proprium decimum numerum numero quartæ correlatiuum. Quo facto, poteris, si placuerit, super pauimento è regione graduum Scalæ, vel arcuum describere quotquot libuerit Regionum Insularum, Ciuitatum, locorumque insigniorum mundi nomina. Exinde in medio lineæ B A C, configes matrem vertibuli V X, cuius pars media Æ, posita est in calce manubrij; quæ quidem omnia diligenti compleas marte, ita, vt, cum vertibula, officio claui, vnita fuerint, & volueris extendere Archihorarium super pauimentum ad reponendum illud, centrum instrumenti perforatum ✳ dedalicè cadat super punctum Q. hoc est, super denticulum fulcimenti, sub quo denticulo pendeat ex filo perpendiculum

pendiculum H, de medio fulcimenti ad distantiam Q H, cuius officio Archihorarium ad angulos rectos cum orizonte dędalicè erigere valeas. Protrahes insuper lineas margineas æquidistantes parallelas M N O P. ad margines circa pauimentum disponendas in modum Parallelogrammi. Describe etiam quatuor mundi partes orient. merid. occid. & septentr. & super linea P T, sub A T. locabis pyxidem cum sua lanceola magnete illita, uti negotium expostulat, & exemplar, quod hic sequitur, ostendit.

ARCHIHORARII CHERVBICI SCABELLVM gnomonicum vniuersale cum insignium quibusdam Insularum, Prouinciarum, & Ciuitatum mundi nominibus, è regione graduum propriæ Polaris eleuationis distributis.

ARCHI-



N O

ARCHIHORARII SCABELLVM, AC FVLCIMENTV GNOMONICVM VNIVERSALE

MERIDIES

ARCHIHORARII FVLCIMENTVM

VNGARIA

MAGNA

BAVARIA

LVGDVNV

NEAPOLIS

ROMÆ

S. MARIÆ

INDIÆ

SVECI

BOEMIA

VTINVM

VENETIARV

CAPVA

PATHMOS

ORIENS

OCCIDENS

SINAY

HIEROSOLYMA

BABILONIA

HVRABRI

IVLIA CÆSAREA

SCARA

GANGES

ALBA

SABA

GAMBRA

CALICVT

ARCHIPELAGVS

CALECVT ET MALVCHA INDIÆ

INSVLA DIVI THOMÆ APOST


ÆTHIOPIA SVB ÆQVATORE

SEPTENTRIO

M P

Reliqua demum tua, candide Lector, perſpicies induſtria, quæ, ut rectè, faciliuſque compleas, huius inſtrumenti noſtri hoc volumus tibi tradere Cataglyphum, ex cuius intuitu facillimè cognoſcas quomodo noſtrum Archihorarium ſuo unire debeas pauimento ac fulcimento; quod ad eleuationem Poli arct. grad. 45. (vbi tunc ſolummodo perpendiculi aculeus, è fulcimento cadentis, ipſum punctum H. 30. gradus dędalicè feriet) accommodauimus, quod in alia quacumque minimè eueniet eleuatione. Attamen quando pro alia minori, vel maiori inſtrumentum erigere volueris eleuatione, primò figendus eſt denticulus Q. in 45. gradu ſcalæ (vti in hac cernitur figura) ſub dorſo inſcriptæ, & periculum facere an inſtrumentum ad angulos rectos ſit cum orizonte erectum, quod officio perpendiculi P H. facillimè expedies; quo cognito, remoue denticulum Q, ab ipſo 45. gradu, & infigas in proprio gradu tuę Polaris eleuationis. Hanc ſequentem inſpice figuram, quam ad Poli eleuationem grad. 45. pro tempore ęquinoctij ad horas tum diurnas, tum nocturnas dignoſcendas erectam finximus, vbi uides denticulum horę 24. reſpicere verum punctum orientis, hoc eſt ęquinoctiorum tempore; duodecimę uero occidentis; ſextę meridiem; decimę octauę tandem denticulum uides reſpicere ſeptentrionem ſuper linea meridiana manubrij. Dioptra uero reducta eſt ſuper 45. gradum in ordine graduum polarium eleuationum intra tres domos ♑, ♒, & ♓, dactylotecę, hoc eſt Zodiaci æqualiter diuiſi, ut hinc rotam Archihorarij (officio cochleę X. firmatam ſuper ipſo 45. gradu in prędicta quarta) agnoſcas accommodatam eſſe ad horas nocturnas ſub eadem eleuatione grad. 45. dignoſcendas, vt in ſequenti libro dicetur. Byſtillum etiam reduximus horarium ſuper 45. Zodiacum arcuatum in Ellipſi ſuper tropicum ♑. pro tempore illo, quando Sol eſt in dicto ſigno, ad cognoſcendum diei & noctis quantitates, in quorum gratiam hanc ſequentem ſume figuram.

CATAGLYPHVM ARCHIHORARII CHERVBICI Catholici ad Poli arct. eleu. grad. 45. æquinoctij tempore, in prospectu accommodati.



PRIMI LIBRI DE ABSOLVTA ARCHIHORARII CATHOLICI descriptione, & fabrica, finis.

F. CHERVBINI SANDOLINI
V T I N E N S I S,
SACERDOTIS IN RR. PP. CAPVCCINORVM
SERAPHICI FRANCISCI RELIGIONE,

De diffinitione, & vsu Archihorarij Catholici sui. Lib. II.

P R O E M I V M.



ARchihorarij nostri, quod D. O. M. dictante, vti purus autodidactus propria inuentione composuimus, officia, & vtilitates describere, ac declarare tentantes, gratia facilioris cognitionis habendæ eorum, quæ in eo continentur; & vt periucundæ illius vtilitates dignoscantur, in primis nominis etymologia, nec non & definitio (vt D. placuit Hieronymo) diligenter est aduertenda, omnis, inquit Tullius primo offic. quæ a ratione suscipitur de aliqua re institutio, a definitione proficisci debet, vt intelligatur quid sit id de quo disputatur. Communis est enim ferè omnium Philosophorum, Peripateticorumque sententia, quid nominis in omni scientia præsupponi. In primis ergo eius, & partium definitionem & nomina, nos faciliori, ac simpliciori, quo possumus, modo, ac documento (vt illis cognitis, possit etiam quilibet inexpertus illius vsum facillima ratione percipere) declarare intendimus.

Archihorarium quid sit. *Cap. I.*



ARchihorarium igitur est instrumentum, a me inuentum, quod ferè cœlestis sphęræ speciem, ac figuram quandam, in plano descriptam referre videtur, quo (omni prorsus difficultate, & Arithmetica supputatione semota) omnium dierum ac noctium quantitates, seu arcus diurnos & nocturnos, semidiurnos & seminoctumos, horasque præsertim ab ortu & ab occasu, hoc est, Italicas & Bohemicas, tam diurnas, quàm nocturnas; itemque à meridie & à media nocte, idest Gallicas; & inæquales, quæ etiam planetariæ dicuntur, sub vniuersis polorum habitationibus, atque parallelis, absque magistro medio, exquisitissimo, & quàm facillimo documento, vnusquisque, etiam rudis, percipere, atque perspicere queat. Eius ergo nominis etymologia, siue symbolum interpretatur quasi supremum horariorum Horarium.

Archihorarij partium principalium nomina. *Cap. II.*

ARchihorarij nostri partes principaliores sunt septem, Prima est Ellipsis ∗ Ο μ Λ φ. hoc est Zodiacus vniuersalis, ad ellipsis, idest ouati formam redactus. Secunda Zodiacus dactyliotus nocturnus vniuersalis, idest Zodiacus anularis, Υ Σ λ Τ Ο φ Λ μ Tertia est Periphęria Z, duodecim signorum Zodiaci, ac duodecim mensium Anni Gregoriani Ω, quam aliàs Dactyliotecam, idest quasi anulorum Repositorium, appellamus. Quarta Diadema horarium vniuersale, idest, Horologium immobile vniuersale, inæqualiter diuisum Σ Β ρ D. Quinta est Torques horaria, idest, Horologium mobile H. (circundans immobile Diadema horarium) in 24. horas ab ortu & ab occasu æqualiter diuisum. Sexta dorsum, vel sinus cum suo manubrio, continens Horologium Lunare, & Horologium horarum inęqualium, vnà cum Zodiaco acatio vniuersali, idest in forma velæ naualis descripto, & scala altimetra, & planimetra. Septima, & vltima principalior pars est scabellum gnomonicum vniuersale, unà cum fulcimento G Q I, &

omnium

omnium eleuationum scala vniuersali A H Q, è scabelli diametro Q T, supra dorsum Archihorarij, circini officio reportata. Hæc sunt igitur Archihorarij nostri Catholici partes principaliores, quas semel & iterum inspicere, & considerare ne pigeat, candide Lector, vt earum tibi facilius reddatur intelligentia.

Partium minus principalium nomina. Cap. III.

ARchihorarij partium minus principaliũ nomina hæc sunt, cẽtrum Sciographiæ P. scilicet instrumenti vacuum ✳. quod in ellipsis fronte super 60. gradu descriptum, & excauatum est, vbi officio fistulæ L S. Dioptram I P. & rotas mobiliter infigere siue unire debes. In 90. autem gradu, hoc est, in base ellipsis (vbi nunquam est centrum excentricum A, Diadematis horarij & ellipsis) infixus sit Bistyllus horarius planus H A ρ. Diadema vero horarium immobile duas habet partes, vel portiones inæquales, nempe maiorem ac superiorem B Ξ D. & minorem, inferioremque B ρ D. quarum portionum singula quinque continet orbes, siue fascias, vel Peripherias horarias, aut horaria interualla, inæqualibus horarum distantijs diuisa, quippe quæ omnia horaria interualla simul vnita super lineam diametralem, orizontalemque B A D, quinque efficiunt Peripherias, siue horarios bipertitos orbes. Portio ergo superior B Ξ D. quinque vt dixi, habet horarias Peripherias, siue fascias, quarum tres continent horas ab occasu, nempe Italicas; quarta continet horas à media nocte ortiuas tantum: quinta, & vltima omnibus maior, bis retinet 90. gradus distantiæ eclipticæ à uero puncto æquinoctij, idest, amplitudines ortus & occasus. Portio vero minor ac inferior B ρ D. habet similiter quinque Peripherias, siue fascias horarias, quarum tres primæ, siue interiores horarum ab ortu discrimina continent; quarta uero horarum à meridie occiduarum tantummodo: quinta tandem ac ultima, omnibus maior includit gradus bis 90. distantię initiorum ♈. & ♎. usque ad punctum amplitudinis ortiue uel occidue quemadmodum ex diuersarum horarum genere, ac titulis, sub B. orientis puncto descriptis, ac per singulos horarum orbes distributis, cognoscere oculisque perspicere minime est difficile. Has duas tam inęquales huius Diadematis portiones segregat, diuidit, seu distinguit linea orizontis recti B A D, transiens per A. centrum excentricum, ac per centrum K. Bistylli horarij, a qua quidem ueri orizontis linea omnium horarum genera initium habẽt, & finem. Item torquesque horaria, idest Horologium mobile super hora 24. habere debet denticulum H, cæteris horarum denticulis eminentiorẽ, de quibus supra fecimus mentionem in cap. 18. primi libri, vbi etiam tractauimus de reliquis instrumentulis. Restat tandem præparare etiam Bistyllum Solare H T ρ. in duas fabrefactum partes, vti de eis plura diximus etiam in capit. 19. eiusdem lib. 1. Sed omnia prædicta, ad faciliorem acacorum intelligentiam, breuiter repetantur.

Corollarium ad Acacorum Synesim. Cap. IIII.

PArtium ergo Archihorarij nostri prima est Ellipsis A φ O μ A ✳. intra omnes circulos & sphæras inclusa. In A, vero centro excentrico est basis, & centrũ ipsius ellipsis, vbi 90. grad. lineæ æquinoctialis O ✳ A definit, vbi etiam infixus esse debet quidam Index H K ρ. quem nobis horarium Bistyllum appellare placuit. In fronte ellipsis, hoc est in ✳. 60. gradu prædictæ lineæ O ✳ A, vbi centrũ est instrumenti, apposita sit Dioptra I F P. Postea inter Dactyliotecam Ω Z, & Ellipsim O μ A φ, jacet inclusus Dactyliotus Catholicus Y S A T. cuius diuisiones in duodecim domos a Dactyliotecа (quæ est æqualiter diuisa) excuntes, & vsque ad Dactylionem 45. A φ O μ. inæqualiter procedentes versus centrum ✳. curuatim per stellarum, punctorumque acies tendentes, super ipsum 45. minimumque concentricorum Dactylionem A φ μ. (a quo ipsa immediatè circundatur, & continetur ellipsis) definunt, atque quiescunt. Super Dactyliotecа Ω Z. (quæ in se continet Zodiacum, & 12. Menses) extat Diadema horarium Ξ B ρ D. quinque habens horarios orbes, a linea orizontali B A D. in duas inæquales portiones diuisos. Portio maior B Ξ D. quæ etiam superior dicitur, habet quinque horaria interualla, seu fascias, quarum prima (quę minima est a centro P, ad maiorem circumferentiam) continet omnes arcus seminocturnos, hoc est, horas mediarum noctium horarum ab occasu totius anni per

totum

totum mundum. Secunda faſcia horaria continet omnes horoſcopos, ideſt, horas ortus Solis ſimiliter per totum mundum horarum videlicet ab occaſu totius anni. Tertia faſcia ſeruat omnes arcus ſemidiurnos, hoc eſt, omnes horas meridierum horarum ab occaſu totius anni per totum orbem. Quarta faſcia habet omnes horoſcopos horarum Germanicarum, ſiue Gallicarum, hoc eſt à media nocte, ſed ortiuos tantummodo, ſimiliter totius anni per totum mundũ. Quinta, ac omnibus maior bis 90. gradus continet diſtantiæ eclipticæ à puncto ♈. & ♎. vſque ad punctum amplitudinis ortiuæ, ſeu occiduæ, quemadmodum tituli ſub B. deſcripti oſtendunt. Portio uero minor, atque inferior B ρ D. quinque etiam ipſa continet faſcias, in prima continentur omnes arcus ſeminocturni, hoc eſt, horæ omnium mediarum noctium horarum ab ortu totius anni per totum orbem. In ſecunda faſcia continentur omnes arcus diurni integri, nempe omnes horę quantitatum, ſiue longitudinum omnium dierum horarum ab ortu, in quibus Sol occidit per ſingulos dies totius anni per vniuerſum mundum. In tertia faſcia deſcripti ſunt omnes arcus ſemidiurni, ſiue horæ omnium meridierum horarum ſimiliter ab ortu. In quarta horarum à meridie tantummodo occiduarum (quæ Gallicæ dicuntur) deſcripta ſunt interualla. In quinta tandem & vltima faſcia gradus bis 90. continentur diſtantiæ eclipticę ab æquinoctiorum ♈. & ♎. punctis enumerati uſque ad punctum amplitudinis. In centro P. ipſius inſuper Archihorarij quendam alium duplicem indicem H T ρ. quem Solarem appellamus biſtyllum, vtrinque ad angulos rectos prominentem, axem quidem mundi repręſentantem, oportet erigere. In medio inſuper manubrij protrahatur linea meridiana V Æ. quæ è centro ✳. inſtrumenti prodiens, in duas manubrium ęquas diuidat partes, quam tibi ſuper Cherubini fronte V. paruum, acutumque frontale oſtendit. Extat adhuc & Armilla, ſeu Habenula H, huius vel alterius formę, ut eſt illa M N. cum anulo ad ſuſpendendum inſtrumentum. Sit & cochleola, ſeu clauiculus aut paxillus teres X. cuius officio ſub proprię eleuationis gradu, rotã Archihorarij firmare valeas, qui quidem clauiculus ſiue cochleola X. (ne facilè amittatur) in aliquo interuallo, vbi nihil impedimenti ſit (vti non longè à 24. hora D. à me collocata eſt) pendeat. Hoc idem intelligas de cuneo P. cum ſuo ſtyllulo, & anulo Q. filo, & Margarita, & perpendiculo R. ad horas inęquales ex parte dorſi explorandas, in aliquo loco ſuſpendantur, vel reponantur ne pereant, vt dicetur ibi in cap. 19.

NVNC DE VSV IPSIVS ARCHIHORARII CATHOLICI.

Archihorarij Cherubici, ad quantitates dierum ac noctium agnoſcendas, & ad tabulas Ephemeridas componendas, vſum non infructuoſè oſtendere. Cap. V.

CVm igitur, amiciſſime Lector, Archihorarij noſtri ope, quantitates dierum ac noctium, ſub quacunque (per tabulas, vel Archihoroſcopi noſtri officio) cognita poli eleuatione exuteris, à prima uſque ad 90. facillimè ſcire uolueris, ducito Biſtyllum horarium H A ρ. ſuper gradum Solis cuiuſuis diei in tuę polaris eleuationis proprium Selanoidem, hoc eſt, arcuatum Zodiacum, inuentũ, quo facto, reſpice ſub longiore, ac ſuperiore biſtylli indice H. vbi in interiore, ac minore faſcia Diadematis horariæ, videbis horam mediæ noctis, hoc eſt, arcum ſeminocturnum horarum ab occaſu. In ſecunda faſcia ortiuum, ſeu ſurgentem horoſcopum, hoc eſt, horam Italicam, in qua Sol ab orizonte ſurgit. In tertia arcum ſemidiurnum, ideſt horam meridiei Italicam. In quarta horam Gallicam, hoc eſt, à media nocte ortiuam tantummodo. In quinta, & vltima faſcia inuenies gradum ſurgentem diſtantiæ initiorum ♈. & ♎. vſque ad punctum amplitudinis ortiuæ, vel occiduæ. Quibus habitis, ac perſpectis, demitte oculos ſub minori ac inferiori indice ρ. ipſius Biſtylli horarij, vbi eadem ratione in prima & interiori faſcia videbis horam medię noctis, hoc eſt, arcum ſeminocturnum horarum ab ortu. In ſecunda horam occaſus cum qua Sol occidit, & concludit integrum arcum diurnum. In tertia arcum ſeminocturnum, vel horam meridiei earundem horarum Bohemicarum. In quarta horam à meridie, ſeu Gallicam occiduam tantummodo. In quinta tandem, & vltima faſcia vides gradum occidentem diſtantiæ eclipticę à puncto æquinoctij enumeratum ab ♈. vel ♎. Hæc itaque omnia, ſi placuerit, etiam antequam inſtrumentum arte anaglyptice erigatur, obtinebis, ponẽdo filum ſericũ tenuiſſimum in cẽtro excentrico A. videlicet in gradu 90. ſcalæ graduũ o ✳ A.

descendentium de medio ellipsis, ubi figendus est Bistyllus horarius, quod quidem filum fungetur officio ipsius Bistylli super hac libri pagina. Itaque si filum extendes super gradũ Solis, vt supra diximus de Bistyllo, omnia quæ optas admodum iucunda, recta, breui, singulari ac nouissima ratione, vnico intuitu, candide Lector, vides, quæ à nemine (ni fallor) vsque ad hanc diem tam facile tradita puto, licet nonnulli tabulas Arithmeticè conscriptas ingeniosissimas quidem, sed acacubus difficillimas intellectu emiserint; quas quidem tabulas, si placuisset insuper, Lector amicissime, aliquando Ephemeridas horarum ab occasu ad quamcumque poli eleuationem, Archihorarij nostri officio, practicè tamen componere, vt nihil desit quod cupias, facito sic, ducito bistyllum horarium per gradus arcuati Zodiaci in ellipsi, tuæ polari eleuationi deseruientis, & uide sub maiori indice ipsius bistylli horarij quot horæ tibi ortus Solis, & meridiei ostenduntur in horarum Italicarum portione, quæ est maior; postea in Periphgria α z. duodecim mensium, æqualiter diuisa, quæ etiam dicitur Dactylioteca, quære diem illius mensis, quem tibi ostenderit ipse gradus signi, super quo posuisti bistyllum horarium in tuo arcuali Zodiaco in Ellipsim; quo facto, iam in tua preparata tabula, è regione diei illius mensis, in superiori casella, notabis horas ortus Solis, in inferiori vero casella meridiei, & sic eodem ordine procedes mouendo bistyllum horarium, illumque reducendo per singulum gradum arcuati tui Zodiaci. vel tantummodo super singulos quintos, vel decimos gradus, prout tibi exactam placuerit habere tabellam, nempe singulorum, vel quinorum, uel tantummodo denorum dierum. Pro cuius doctrina hanc tibi, à me ex ipso Archihorario nostro ad meridianum Venetiarum practicè supputatam proposuimus tabellam horarum ab occasu considerandam, secundum quam poterit quisq; et rudis, pro sua poli eleuatione propriam Italicè vel Boemicè (practicè tamen, construere tabellam pro horis quotidie cognoscendis, in quibus Sol oriatur, uel occidat, & ad meridiem ascendat, & hoc quidem absque ulla Arithmetica, vt diximus, supputatione. Poterit etiam insuper è regione dierum, in quibus Sol duodecim ingreditur signa Zodiaci, ipsorum notare, ac pingere characteres iuxta Gregorianam reformationem, secundum quam nos hanc descripsimus Peripheriam nostram, hoc est Dactyliotecam z α G. sicque simul & semel, amicissimè Lector, ex huiusmodi tabula nostra scire poteris non solùm diei tui ortum uel occasum Solis, & meridiem, uerumetiam signum & gradum in quo Sol de die in diem se propenerum inuenerit. Inspice igitur & considera tabellam, quæ hic sequitur, pro cuius facillima intelligentia, quando uolueris notam tibi esse horam, in qua Sol oriatur uel ad meridiem perueniat primò lege & considera ipsius declarationem & usum, ut infra post tabulam.

SEQVI-

SEQVITVR TABVLA AD ARCVS DIVRNOS, ET NOCTVRNOS, semidiurnos & seminocturnos totius anni, practicè contexta, sub eleuatione Poli arctici grad. 45. facillimè cognoscendos aptissima.

DIES.*	SOLIS*	I *		F *		M *		A *		M *		I *		L *		A *		S *		O *		N		D	
1	ORTVS	15	20	14	53	13	8	11	16	9	57	8	49	8	40	9	20	10	45	12	26	13	54	15	10
	MERID.	19	40	19	16	18	34	17	38	16	52	16	25	16	20	16	45	17	23	18	13	18	59	19	35
2	ORTVS	15	21	14	30	13	5	11	15	9	50	8	49	8	41	9	26	10	38	12	32	14	..	15	10
	MERID.	19	40	19	14	18	33	17	38	16	55	16	24	16	21	16	43	17	24	18	17	19	..	19	35
3	ORTVS	15	20	14	27	13	2	11	14	9	48	8	47	8	42	9	29	10	50	12	36	14	4	15	11
	MERID.	19	39	19	12	18	31	17	37	16	54	16	24	16	22	16	44	17	25	18	18	19	2	19	35
4	ORTVS	15	19	14	25	13	..	11	12	9	45	8	47	8	43	9	36	10	54	12	38	14	8	15	12
	MERID.	19	38	19	12	18	30	17	36	16	52	16	23	16	22	16	45	17	27	18	19	19	4	19	36
5	ORTVS	15	18	14	16	12	56	11	10	9	43	8	46	8	43	9	32	10	57	12	41	14	12	15	14
	MERID.	19	38	19	9	18	29	17	35	16	51	16	22	16	23	16	46	17	29	18	20	19	6	19	36
6	ORTVS	15	16	14	12	12	55	11	4	9	40	8	45	8	44	9	34	11	..	12	44	14	16	15	16
	MERID.	19	38	19	7	18	27	17	33	16	50	16	22	16	23	16	47	17	30	18	22	19	8	19	37
7	ORTVS	15	16	14	9	12	50	11	..	9	38	8	44	8	45	9	36	11	5	12	47	14	20	15	17
	MERID.	19	37	19	5	18	26	17	30	16	48	16	22	16	23	16	48	17	37	18	25	19	10	19	38
8	ORTVS	15	15	14	7	12	47	10	56	9	36	8	43	8	45	9	38	11	19	12	50	14	25	15	17
	MERID.	19	36	19	8	18	24	17	29	16	47	16	22	16	24	16	49	17	35	18	25	19	12	19	38
9	ORTVS	15	14	14	5	12	45	10	52	9	34	8	41	8	46	9	40	11	12	12	52	14	27	15	18
	MERID.	19	35	19	2	18	22	17	27	16	46	16	22	16	25	16	50	17	36	18	26	19	13	19	38
10	ORTVS	15	13	14	..	12	41	10	50	9	29	8	40	8	47	9	43	11	14	12	57	14	29	15	19
	MERID	19	35	19	..	18	21	17	25	16	45	16	21	16	25	16	52	17	37	18	28	19	14	19	39
11	ORTVS	15	11	13	59	12	40	10	46	9	25	8	40	8	48	9	47	11	16	13	..	14	31	15	19
	MERID	19	35	18	59	18	20	17	24	16	42	16	20	16	25	16	52	17	58	18	30	19	15	19	39
12	ORTVS	15	11	13	57	12	36	10	44	9	24	8	39	8	49	9	50	11	18	13	3	14	33	15	20
	MERID.	19	32	18	58	18	18	17	23	16	41	16	20	16	25	16	55	17	39	18	32	19	16	19	39
13	ORTVS	15	10	13	54	12	32	10	42	9	23	8	38	8	50	9	54	11	20	13	5	14	35	15	20
	MERID.	19	32	18	57	18	17	17	22	16	41	16	19	16	25	16	57	17	40	18	34	19	18	19	40
14	ORTVS	15	9	13	50	12	28	10	40	9	21	8	37	8	52	9	57	11	25	13	10	14	37	15	21
	MERID.	19	31	18	55	18	15	17	21	16	40	16	18	16	26	16	58	17	42	18	35	19	19	19	40
15	ORTVS	15	8	13	49	12	25	10	37	9	18	8	37	8	51	9	59	11	27	13	12	14	39	15	22
	MERID.	19	30	18	54	18	14	17	19	16	39	16	18	16	27	16	59	17	44	18	36	19	20	19	41
16	ORTVS	15	3	13	47	12	20	10	24	9	16	8	37	8	56	10	..	11	31	13	15	14	41	15	23
	MERID.	19	31	18	53	18	10	17	19	16	38	16	18	16	26	17	..	17	46	18	38	19	21	19	41
17	ORTVS	15	6	13	43	12	16	10	31	9	14	8	35	8	51	10	2	11	35	13	18	14	45	15	24
	MERID.	19	28	18	52	18	9	17	18	16	37	16	18	16	29	17	1	17	48	18	40	19	22	19	42
18	ORTVS	14	59	13	40	12	12	10	29	9	13	8	33	9	1	10	4	11	40	13	21	14	45	15	25
	MERID.	19	27	18	51	18	6	17	16	16	36	16	17	16	30	17	2	17	50	18	42	19	25	19	42
19	ORTVS	14	56	Pisces		12	8	10	26	9	12	8	32	9	1	10	6	11	44	13	24	14	46	15	26
	MERID.	19	26	♓		18	4	17	14	16	36	16	16	16	31	17	3	17	52	18	42	19	24	19	43
20	ORTVS	Aqu.		13	35	12	4	Taur.		9	11	8	30	9	2	10	10	11	48	13	26	14	47	15	27
	MERID.	♒		18	47	18	2	♉		16	35	16	15	16	32	17	4	17	54	18	42	19	24	19	43
21	ORTVS	14	52	13	32	Aries.		10	22	9	10	Cicer.		9	5	10	14	11	53	13	28	14	48	15	22
	MERID	19	26	18	46	♈		17	11	16	35	♋		16	33	17	6	17	56	18	44	19	25	19	44
22	ORTVS	14	51	13	30	12	..	10	21	Gemi.		8	30	9	8	10	16	11	57	13	30	14	51	Capri.	
	MERID.	19	25	18	44	18	..	17	11	♊		16	15	16	35	17	8	17	58	18	45	19	26	♑	
23	ORTVS	14	50	13	26	11	56	10	18	9	8	8	31	Leo.		10	18	Libra		13	32	Sagit.		15	30
	MERID.	19	25	18	48	17	56	17	9	16	34	16	16	♌		17	10	♎		18	47	♐		19	45
24	ORTVS	14	46	13	23	11	48	10	15	9	56	8	32	9	10	Virgo		12	2	Scorp.		14	54	15	29
	MERID.	19	23	18	41	17	53	17	1	16	33	16	17	16	35	♍		18	1	♏		19	27	19	44
25	ORTVS	14	44	13	24	11	44	10	10	9	3	8	33	9	11	10	23	12	5	13	37	14	58	15	27
	MERID.	19	22	18	42	17	51	17	6	16	32	16	18	16	35	17	12	18	3	18	49	19	28	19	45
26	ORTVS	14	43	13	21	11	40	10	5	9		8	34	9	12	10	26	12	9	13	40	15	..	15	26
	MERID.	19	22	18	41	17	50	17	3	16	30	16	19	16	36	17	13	18	5	18	51	19	30	19	43
27	ORTVS	14	42	13	19	11	35	10	3	8	59	8	37	9	13	10	30	12	13	13	44	15	2	15	24
	MERID.	19	21	18	40	17	45	17	2	16	29	16	19	16	36	17	15	18	7	18	53	19	31	19	42
28	ORTVS	14	41	13	11	11	31	10	..	8	57	8	38	9	14	10	33	12	16	13	48	15	4	15	28
	MERID.	19	20	18	35	17	44	17	..	16	28	16	20	16	37	17	17	18	9	18	54	19	32	19	42
29	ORTVS	14	40	..	..	11	28	9	59	8	55	8	38	9	16	10	36	12	20	13	52	15	5	15	22
	MERID	19	19	..	..	17	43	16	59	16	27	16	20	16	38	17	19	18	10	18	56	19	32	19	42
30	ORTVS	14	37	..	..	11	24	9	56	8	53	8	39	9	18	10	39	12	22	13	54	15	6	15	21
	MERID.	19	18	..	..	17	42	16	58	16	26	16	20	16	40	17	20	18	12	18	57	19	33	19	41
31	ORTVS	14	35	..	..	11	20	..	..	8	50	..	..	9	20	10	40	..	..	13	56	..	..	15	21
	MERID.	19	17	..	..	17	40	..	..	16	25	..	..	16	40	17	28	..	..	18	58	..	..	19	42
MENSIS.*	SOLIS.*	H	M	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.	H.	M.

Declaratio, & vsus tabulæ præcedentis.

IN parte læua huius tabulæ nostræ descripsimus dies maioris mensis num. 31. Ad verticem autem, siue frontem illius, disposuimus duodecim mensium nomina, vnica, idest prima, tantùmodo litera sic I* F* M*, sic & reliqua nomina. In calce vero distribuimus horarum, & minutorum notas, sub læua quidem columnæ parte media descripsimus H. horas integras indicantem, sub dextera vero literam M. horarum minuta pariter indicantem: per duodecim vero columnas, è regione vniuscuiusq; diei, horarum & minutorum distribuimus numeros ortus Solis supra, & meridiei infra. Inter numeros vero singulæ columnæ, characterem illius signi, dum sol ascendentia, & descendentia perambulat signa respondenter annotauimus. Intrabis ergo cum die oblato gradus signi tui in columna dierum communium, ac deseruientium singulis duodecim mensibus; nam in angulo, siue casella è regione ipsius tui diei, & mensis, ibi horas, & minuta ortus Solis, & meridiei deprehendes, puta è regione huius notæ O R T V S, videbis horam ortus Solis: è directo vero huius nominis M E R I D. habebis meridiem. Quod si etiam signum, & gradum Solis prope verum cognoscere placuerit, numera exclusiuè à principio signi, nempe vbi characterem norasti vsque ad diem tui mensis, & absque sensibili iactura habebis intentum. Sed quæ verbis obtulimus, firmemus exemplo, sit præsens dies tuus, verbi gratia, primus I*, idest Ianuarij, & operæpretium sit agnoscere noctis tuæ quantitatem, ac tui diei ortum Solis, & meridiem, accipe primum numerum dierum, & primi mensis literam I, idest Ianuarij, & ita in angulo cōmuni è regione huius notæ O R T V S offendes horas 15. & min. 20. arcus nocturni, idest quantitatem horarum tuæ noctis, & O R T V M S O L I S esse hora 15. & min. 20.

E regione vero huius notæ M E R I D. offendes horam 19. & min. 40. sub qua est arcus tui meridiei. Igitur Sol oritur hora 15. & min. 20. & merid. est sub hora 19. & min. 40. Insuper si quantitatem totius diei, idest, arcum diurnum notum tibi esse pariter cupieris, horis 15, & min. 20. adde horas vsque ad 24. nempe 8, & min. 40. & scies diei tui longitudinem, siue arcum, esse horarum 8, & min. 40. Sed pro quantitate arcus semidiurni habenda, diuide illas 8. horas, & 40. min. in duas partes, sicque meridiei tui arcus erit horarum 4. & min. 20. Similiter si noscere placuerit arcum seminocturnum, idest horam tuæ mediæ noctis, diuidas 15. horas, & 20. min. in duas partes, & ita arcus tuus seminocturnus erit horarum 7. & min. 40. Sed hanc nostram ex Archihorarij nostri ope practice confectam tibi, candide Lector, ortus & meridiei præbuisse tabellam, minimè cōtenti, etiam sequentem sub eadem eleu. 45. arithmetice compositam, apponere placuit.

Quomodo ortus Solis, & meridies per hanc sequentem inueniri possit tabulam, ad grad. 45. supputatam.

Quære è directo tui propositi diei gradum Solis integrum, quo cum hanc ingredere tabulam, signumque & gradum sub quo Sol inuenitur perquire, & è directo versus dextram Solis ortum, meridiemque, alio omni labore omisso assumes.

Tabula

TABVLA ORTVS ☼ ET MERIDIEI ad Inclytæ Venetiarum vrbis Finitorem Supputata: Primum in ſignis Borealibus.

G. gr.	☼ gr.	Ortus H	M	2	☼ Merid. H	M
/	30	12	9	0	18	0
1	29	11	56	46	17	58
2	28	11	53	32	17	57
3	27	11	50	18	17	5
4	26	11	47	4	17	54
5	25	11	43	52	17	52
6	24	11	40	40	17	50
7	23	11	37	28	17	49
8	22	11	34	16	17	47
9	21	11	31	4	17	46
10	20	11	27	52	17	44
11	19	11	24	40	17	42
12	18	11	21	28	17	41
13	17	11	18	16	17	39
14	16	11	15	4	17	38
15	15	11	11	54	17	36
16	14	11	8	44	17	34
17	13	11	5	34	17	33
18	12	11	2	24	17	31
19	11	10	59	14	17	30
20	10	10	56	6	17	28
21	9	10	52	58	17	26
22	8	10	49	50	17	25
23	7	10	46	42	17	23
24	6	10	43	36	17	22
25	5	10	40	30	17	20
26	4	10	37	22	17	19
27	3	10	34	20	17	17
28	2	10	31	16	17	16
29	1	10	28	14	17	14
30	♍	10	25	12	17	13

G. gr.	☼ gr.	Ortus H	M	2	☼ Merid. H	M
	30	10	25	12	17	13
1	29	10	22	10	17	11
2	28	10	19	8	17	10
3	27	10	16	10	17	8
4	26	10	13	12	17	7
5	25	10	10	16	17	5
6	24	10	7	20	17	4
7	23	10	4	24	17	2
8	22	10	1	30	17	1
9	21	9	58	36	16	59
10	20	9	55	44	16	58
11	19	9	52	56	16	56
12	18	9	50	[illegible]	16	55
13	17	9	47	20	16	54
14	16	9	44	36	16	52
15	15	9	41	52	16	51
16	14	9	39	8	16	50
17	13	9	36	28	16	48
18	12	9	33	52	16	47
19	11	9	31	16	16	46
20	10	9	28	40	16	44
21	9	9	26	12	16	43
22	8	9	23	48	16	42
23	7	9	21	24	16	41
24	6	9	18	56	16	39
25	5	9	16	36	16	38
26	4	9	14	16	16	37
27	3	9	12	0	16	36
2	2	9	9	48	16	35
29	1	9	7	36	16	34
30	♌	9	5	28	16	33

G. gr.	☼ gr.	Ortus H	M	2	☼ Merid. H	M
	30	9	5	28	16	33
1	29	9	3	24	16	32
2	28	9	1	24	16	31
3	27	8	59	28	16	30
4	26	8	57	32	16	29
5	25	8	55	40	16	28
6	24	8	53	50	16	27
7	2	8	52	8	16	26
8	22	8	50	28	16	25
9	21	8	48	52	16	24
10	20	8	47	20	16	24
11	19	8	45	52	16	23
12	18	8	44	28	16	22
13	17	8	43	4	16	22
14	16	8	41	44	16	21
15	15	8	40	32	16	20
16	14	8	39	24	16	20
17	13	8	38	24	16	19
18	12	8	37	[illegible]	16	19
19	11	8	36	28	16	18
20	10	8	35	40	16	18
21	9	8	34	52	16	17
22	8	8	34	8	16	17
23	7	8	33	32	16	17
24	6	8	33	0	16	17
25	5	8	32	32	16	16
26	4	8	32	12	16	16
27	3	8	31	56	16	16
28	2	8	31	44	16	16
29	1	8	31	40	16	16
30	♋	8	31	36	16	16

RESIDVVM TABVLAE ORTVS, & Meridiei ad Inclytæ Venetiarum vrbis Finitorem supputatę, in signis Australibus.


G.	☉	Ortus		☼	Merid.		G	☉	Ortus		☼	Merid.		G.	☉	Ortus		☼	Merid.	
gr.	gr.	H	M	2	H	M	gr.	gr.	H	M	2	H	M	gr.	gr.	H	M	2	H	M
♎	30	12	0	0	18	0	♏	30	13	34	48	18	47	♐	30	14	54	32	19	27
1	29	12	3	14	18	2	1	29	13	37	50	18	49	1	29	14	56	36	19	28
2	28	12	6	28	18	3	2	28	13	40	52	18	50	2	28	14	58	36	19	29
3	27	12	9	42	18	5	♏	27	13	43	50	18	52	3	27	15	0	32	19	30
4	26	12	12	56	18	6	4	26	13	46	48	18	53	4	26	15	2	28	19	31
5	25	12	16	8	18	8	5	25	13	49	44	18	55	5	25	15	4	20	19	32
6	24	12	19	20	18	10	6	24	13	52	40	18	56	6	24	15	6	10	19	33
7	23	12	22	32	18	11	7	23	13	55	36	18	58	7	23	15	7	52	19	34
8	22	12	25	44	18	13	8	22	13	58	30	18	59	8	22	15	9	32	19	35
9	21	12	28	56	18	14	9	21	14	1	24	19	1	9	21	15	11	8	19	36
10	20	12	32	8	18	16	10	20	14	4	16	19	2	10	20	15	12	40	19	36
11	19	12	35	20	18	18	11	19	14	7	4	19	4	11	19	15	14	8	19	37
12	18	12	38	32	18	19	12	18	14	[illegible]	[illegible]	[illegible]	5	12	18	15	15	32	19	38
13	17	12	41	44	18	21	13	17	14	12	40	19	6	13	17	15	16	56	19	38
14	16	12	44	56	18	22	14	16	14	15	24	19	8	14	16	15	18	16	19	39
15	15	12	48	6	18	24	15	15	14	18	8	19	9	15	15	15	19	28	19	40
16	14	12	51	16	18	26	16	14	14	20	[illegible]	19	10	16	14	15	20	36	19	40
17	13	12	54	26	18	27	17	13	14	23	[illegible]	19	12	17	13	15	21	36	19	41
18	12	12	27	36	18	29	18	12	14	[illegible]	8	19	13	18	12	15	22	36	19	41
19	11	13	0	46	18	30	19	11	14	2	44	19	14	19	11	15	23	32	19	42
20	10	13	3	54	18	32	20	10	14	[illegible]	[illegible]	19	16	20	10	15	21	20	19	42
21	9	13	7	2	18	34	21	9	14	[illegible]	[illegible]	19	17	21	9	15	25	[illegible]	19	43
22	8	13	10	10	18	35	22	8	14	36	12	19	18	22	8	15	25	[illegible]	19	43
23	7	13	13	18	18	37	23	7	14	38	36	19	19	23	7	15	26	28	19	43
24	6	13	16	24	18	38	24	6	14	41	4	19	21	24	6	15	27	0	19	43
25	5	13	19	30	18	40	25	5	14	43	24	19	22	25	5	15	27	28	19	44
26	4	13	22	3	18	41	26	4	14	45	45	19	23	26	4	15	27	48	19	44
27	3	13	25	40	18	43	27	3	14	48	0	19	[illegible]	27	3	15	28	4	19	44
28	2	13	28	41	18	44	28	2	14	50	12	19	25	28	2	15	28	16	19	44
29	1	13	31	46	18	46	29	1	14	52	24	19	26	29	1	15	28	20	19	44
30	♏	13	34	48	18	47	30	♐	14	54	32	19	27	30	♑	15	28	24	19	44

Horas diurnas ab ortu, & ab occaſu, & à meridie, & à media nocte radiante Sole, officio Archihorarij, facillimè deprehendere. Cap. VI.

NVnc igitur quando Archihorarij noſtri ope, cariſſime lector, ad Solis radios horas diurnas ab ortu, vel ab occaſu, ſiue à meridie, & à media nocte cognoſcere volueris, circumuolue torquem horariam H. quoad tui præſentis meridiei hora integra, vel fracta (iam ex ellipſi in diademate officio biſtylli, vel ex tabulis inuenta) ſuper Cherubini frontem V. hoc eſt, ſuper lineam meridianam VÆ. in medio manubrij extenſam, adamuſſim perueniat, Pro horis vero à meridie, & à media nocte, reducendum eſt horæ 24. vel duodecimæ denticulum. Quo facto, & officio claui terreti E, appoſito Archihorarij manubrio aduertibuli fiſtulas V X. in puncto T. ſuper ſcabelli gnomonici ſolario, ſuppone, ac infige denticulum fulcimenti acutum in tuæ polaris eleuationis gradu inuento ſuper eleuationum ſcala ſub dorſo inſtrumenti deſcripta, ita vt Archihorarium, ſuper ipſo fulcimento, ſuffultum, innixum, infixumque appareat, & ita paratum, erectumque inſtrumentum, officio magnetini compaſſi ad quatuor mundi ſatagito illud exponere plagas, ſicut res ipſa poſtulat. Quod ſi aliquando, an inſtrumentum ad angulos rectos cum verticali & horizontali circulo erectum fuerit, probare placuerit, infige denticulum fulcimenti Q. in 45. gradu ſcalę dorſi, quo facto, ſi probatoris P H. aculeus H. de fulcimento ſuper punctum H. (interſectionis lineę R S. cum linea F T.) ad amuſſim pependerit, tunc ad ſolares radios optimè rectificatum eſſe noueris inſtrumentum: ſed habita iuſtificatione, iterum denticulum Q. ab ipſo 45. gradu remouendum, & ad tuæ eleuationis proprium gradum reſtituendum eſſe memento, niſi fortè ipſemet gradus 45. (locus probationis) eſſet & ipſius tuę polaris gradus ſicut eſt VENETIIS, & alibi, quia tunc ibi, hoc eſt, in ipſo 45. gradu relinquendum, nec ab eo gradu remouendum eſſet, Deinde biſtyllum ſolare H T ꝑ, per inſtrumenti centrum P. ad angulos rectos prominentem immitte, Inſtrumento itaque noſtro ad ſolares radios ita dędalicè diſpoſito (tunc in tali ſitu iacebit æquator inſtrumenti X H H V. in plano cęleſtis æquatoris: & pauimenti planum B C N O. iacebit in plano horizontis) conſidera prominentis axis H T ꝑ, vmbram ſuper torquis horarię denticulos, vel inter ipſos cadentem, nam ipſa vmbra horam diurnam integram, vel diminutam tibi oſtendet in ſuperiori quidem facie inſtrumenti quàmdiu ſol ab ęquatore verſus boream aſcenderit, ſub dorſo vero dum ad auſtralem declinauerit plagam, Sequentem inſpice figuram, quam æquinoctij tempore ad 45. eleuationem poli ereximus contemplandam, quia de omnibus, de quibus circa modum accommodandi, ſituandique inſtrumentum ſupra diximus, vnico intuitu, magis quàm noſtrorum pluralitate verborum, ad plenum certificaberis. Ecce ſequentem figuram,

CATA-

CATAGLYPHUM ARCHIHORARII CHERUBICI ad 45. poli arct. eleu. in prospectu accommodatum.



Pro nocturnis horis indagandis, Archihorarij catholici ope, scalam omnium polarium eleuationum, ad cognoscendum singulæ eleuationis proprium dactylonem nocturnum, breuiter ostendere. Cap. VI.

OMnes polarium eleuationum gradus ad cognoscendum proprio climati, vel polari eleuationi suum deseruientem dactylonem nocturnum, pro horis nocturnis indagandis per ordinem (bifariam tamen) in diametrali linea T O. A A (quæ lineæ meridiei, seu circuli meridiani fungitur officio) super binis, atq; inuicem correlatiuis scalis T O. & A A adnotatos uides, à prima quidem eleuatione usque ad 45. inclusiuè super scala, A A. reliquas uero, idest, ab ipsa 45. inclusiuè, vsque ad 90. pariter inclusiuè super scala O T. distributas, ac per simpliciores numeros scriptas

descriptas conspicis. Ex ipsis igitur numeris tuum nocturnum dactylionem, tuę polaris eleuationis numero subiectum, deligas. Te tamen, humanissime lector, certiorem facio, me tantummodo dactyliotecæ, nempe solummodo Zodiaci æqualiter diuisi Z. (in se omnes dactyliones, quasi in Pyxide, concludentis) de gradū in gradu duodecim diuisisse domos, eatumq; singulos apparentes descripsisse gradus, singularium uero dactylionum gradus domorum per girum, & super scalis λ λ, & O Υ ad tot punctorū euitandam confusionem, cautè inuisibiles prætermisimus. Quòd si aliquem dactylionem intra quintos & decimos, apparentem describere uelles (sicut est dactylion 45.), centrum P. instrumenti ex aliqua impleto materia, vtputa ex crasso papyro, & inuento quā iustè poteris centro, & in eo posito vno circini pede, & altero uago ad tuę eleuationis descriptū gradum super scalā O Υ, vel λ λ expanso, describe tuum apparētem dactylionē, iuxta tuæ polaris eleuationis gradū, puta 42. vel 43, vel 44. &c. in inferiori, vel in superiori scala puta 46, vel 47, vel 48, vel 49, &c. inuētū, Domus tādē, & gradus 12. signorū tā in Ellipsi quā in dactylioto, per stellatum, punctorumque diuersorum acies (quasi more castrorum ordinatæ ac dispositæ) ab inuicem distinguuntur, ita vt uel cęli stellati, vel militum ad præliandum paratorum exercitus, formam diuersimodè repręsentare uideantur. Hæc pauca ad faciliorem sequentium intelligentiam acacorum gratia, & doctiorum pace, explanare placuit.

Archihorarium catholicum, ad horas nocturnas cognoscendas, facilè accommodare. Cap. VIII.

CVm horas, lector candide, ab ortu, vel ab occasu nocturnas, sub qua uis cognita poli eleuatione, notam tibi esse optaueris, primò instrumentum accommodandum erit hoc modo. Circumuolue dioptram super gradum tuæ eleuationis, in scala omnium eleuationum, hoc est, in quarta Dactyliotecæ trium signorum ♑ ♒ & ♓. inuentum, & utranque simul (idest, archihorarij faciem vnà cum dioptra super prædicto gradu immobiliter permanente) circumducito versus Cherubini frontem, quousq; dioptra super lineā meridianā, V Æ, in medio manubrij adamussim perueniat: quo facto, officio cochleolę X. unies atq; firmabis archihorarij faciem dorso. Gradus autem omnium polarium eleuationum (vt iterum ad acacorū intelligentiam idem repetā) ad accommodandam, firmandamque archihorarij faciem, omnes, ut iam diximus, in prædicta quarta λ. dactyliotecæ z. intra trium signorum ♑ ♒ ♓. domos (initium habentes à ♑. & finē in principio ♈.) dispersi, atque per numeros grandiores descripti cernuntur. Archihorarij igitur facies ita dędalice firmata, considera diem tuum in periphæria duodecim mēsium α. sub quo in periphæria z. 12. signorum uidebis domum signi, gradumque solis in ipso signo, quo viso procede introrsum, idest, internè per stellarum, punctorumque acies per eundemmet gradū solis tui diei, donec omnes cęteros prætereas dactyliones, & peruenias ad tuæ eleuationis proprium dactylionem, quo inuento, super eodemmet signi tui gradu prædicto siste dioptram I. sed antequam vlterius procedamus. series & numeros horarum nocturnarum ex aduerso denticulorum torquis horariæ descriptos esse memento. Pro horis igitur Italicè nocturnis habendis super gradum solis reducas in tuo dactylione torquis horariæ denticulum H. horæ 24. cæteris grandiorem. Pro horis autem ab ortu loco denticuli uigesimę quartæ horarum ab occasu, sumenda, reducendaque erit hora integra uel fracta, in qua sol eo die occidit. Hora ergo 24. pro horis Italicis, uel occidua pro horis Bohęmicis è regione gradus tui diei super tuum dactylionem, dioptræ officio reducta, atque firmata, poteris (si placuerit) in partem alteram impellere dioptram, sicque paratum erit archihoarium nostrum ad horas ab ortu, vel ab occasu nocturnas habendas. Quod si etiam horas insuper nocturnas (nisi inexperientia me fallat) à meridie, & à media nocte depræhendere uolueris, reducito sub dioptra, è regione gradus tui signi, horam à meridie occidentem integram, uel fractam, sicut de hora ab ortu fecisti: sicque paratum erit instrumentum nostrum etiam ad horas Gallicas noctu perspiciendas.

Horas nocturnas cęlo sereno, admodum delectabili indagine quam rectissimè deprehendere. Cap. IX.

NOctu igitur cęlo sereno, cum horam nocturnam facilè, ac rectissimè scire uolueris, manu capias Archihorarium (è scabello semotum), & quam rectè perpendiculariter poteris, ante oculos tuos sustollas, ac si stellæ polari dorsum eius adhęrere, & Limbum H B V D. æquatoris

toris circulo submittere tentares, nec aliter quidem euenire poterit, modo faciem tuam uersus stellam polarem, dorsum uero uersus Meridiem quàm rectissimè poteris, converteris. Inspecta igitur ipsa polari per centrum * circumducito dioptram I. quousque semiorbiculum H. lucidiorem Vrsæ minoris in se diametraliter recipere videatur, opportet enim quod ipsa lucidior à linea P H. dioptræ diametraliter intersecetur, ac si ipsius stellæ facies per mediũ diuidi ab ipsa linea P H. videatur. Quo rectissimè facto, horam in Torque horaria, hoc est, in mobili Horologio, sub ipsa dioptra habebis nocturnam, quam denticulorum denumeratione, à denticulo H. prominentiore versus dioptram, uel (quod eadem erit operatio) ab ipsa dioptra initio facto, hoc est, retrorsum versus prominentiorem denticulum H. etiam absque lumine, digitulis tuis depræhendere poteris; ob idenim numeris horarum pyramidulas, seu denticulos in ipsa mobili torque horaria aptandos curauimus, ne noctu lumine egeas; sed, vt iam iam diximus, ex aduerso denticulorum, horarum series nocturnarum, ac numeros, per oppositum ordinem ab ordine horarum diurnarum faciei, inscribere memento, nempe hac lege, sub denticulo horæ 23. diurnæ primam nocturnam inscribes; sub denticulo 22. diurnæ, secundam nocturnam, & ita reliquarum omnium, per opositum ordinem à diurnis, horarum nocturnarum numeros vsque ad uigesimamquartam inscribes, quæ cadet sub 24. diurna in maiori denticulo H. descripta.

P A R E R G O N.

Vniuersalis horologij lunaris, atque solaris à meridie, & à media nocte à tergo Archihorarij, initia contexere. *Cap. X.*

PEr Lunariũ radiorum obseruantiã, horas Italicas, & Bohemicas nocturnas, alia quam stellarum uia forsitã discere plurimos delectat, quod ad amussim quãquã difficilè inuestigare cẽseatur, conabimur tamen in hac parte, leni admodum artificio, non quidem sapientioribus, sed rudioribus satisfacere, & hoc tanto libentius præstare, quãto cõmodius his solaribus nostris horologijs, in directum æquatoris substitutis, ipsum potest lunare coaptari horologium. Imò horas nocturnas etiam Horologij Italici diurni horizontalis officio alibi ad lunares radios videre docebimus, quæ quidem præter intentionem, sed potius ad Archihorarij nostri decorem, quàm ad necessitatem addere placuit, & libentissimè amicorum persuasioni cedimus. Ideo ad circulos Periphæriæ huius lunaris Horologij hac digitulos accedamus lege. In ore fistulæ, hoc est in centro P. dorsi infixo ex ligno, vel ex crasso papyro cuneolo, uel alio quouis modo obturato prædicto centro P. quære præcisius quo poteris centrum, correspondens ipsi P. iam excauato centro, in quo posito circini pede, describe altero uago circulum, extremitatem planiei dorsi ferè contingentem; dehinc restricto circino, super idem centrum circumtrahe alium circulum, quasi, præ vicinitate ornamenti gratia primum tangentem, & iterum restricto circino, tertium describe, tantum à secundo distantem, quòd inter ipsos, tam horarum à meridie, & à media nocte, quam graduum de decem in decem interualla commode possint inscribi: iterum circinum comprime, minus tamen quam superius, & circinare quartum circulum, à tertio tantummodo distantem, quod inter ipsos singulares graduum distinctiones cadere possint; rursus claude circinum, & circumlineare quintum circulum, quartum quasi præ vicinitate tangentem. Deinde minorato adhuc circino, producito sextum circulum, tantum à quinto distantem, vt quartarum distinctiones horarum intra ipsos protrahi possint. Postea inscribito septimum circulum, tantum à sexto distantem, quòd inter ipsos 24. horarum numeri possint inscribi: deinde describe octauum circulum, ita vt inter ipsum & septimum, correlatiuas quartarum distinctiones inscribere valeas, & amplius, inter quartam, & quartam horarum duas inscribes lineunculas, quarum singula quinque repræsentet minuta, ita vt singula hora (si placuerit) habeat 12. lineunculas, quibus singulis, si quinque tribueris minuta fient 60. vnam constituentes horam. Haud secus, constricto circino, describes nonum circulum, quasi octauum tangentem, qui octauum ab orbe ornamenti gratia distinguat. Inde adhuc compresso circino, ducito decimum circulum, tantum à nono abeuntem, vt inter ipsos quartas dierum Lunæ inscribere valeas. Pone reprime circinum, & produc vndecimum circulum, tantum à decimo distantem, quod distinctiones, & numeri dierum Lunæ inter ipsos possint inscribi. Postremo compresso circino

perficias

perficias duodecimum ac vltimum circulum, qui vnà cum primo reliquos omnes intra ſe, ornamenti gratia, quaſi in Dactylioteca concludant.

Graduum altitudinum, & horarum à Meridie, & à media nocte, & horologij lunaris Peripheriam diuidere, ac numeros inſcribere. Cap. XI.

PRimi, & ſecundi orbis circulos concentricos, limbum dorſi præferentes, duabus quadrabis diametris C E. & B D. tali quidem diligenti artificio, vt linea C E A meridiana dorſi, è directo lineæ meridianæ Y * A V, ſuper facie & manubrio Archihorarij protracta, præciſè correſpondeat. Circa reliquas graduum, & horarum æqualium diuiſiones, diſtinctiones, ac inſcriptiones, ſerua normam ſuperius datam in Cap. 2. primi lib. præterquam quod in hac figura, graduum numeros inſcribere incipias à B, & à D, verſus C, & E, vbi cadent gradus bis 90. Numeros autem horarum à meridie, & à media nocte inſcribere incipias à C, verſus B, in E, & ab E, ad D. in C, ſed horas 24. lunaris horologij notare incipias à C. uerſus B, & E, ubi cadet hora 12. & inde ad D, & iterum in C. ubi cadet hora 24. Diſtinctiones uero quartarum poteris deſcribere iuxta regulam datam in Cap. 18. lib. 1. ad quam, ne tempus conteramus, confugere minime pigeat. Aduertas tamen, amice lector, præter intentionem, & caſu, nos initium inſcriptionis menſis lunaris dediſſe ab E, & H. cum debueramus incipere à C, & k, ſicut de horologio dictum eſt ſupra, quem errorem nunquam animaduertimus niſi poſt inciſionem figuræ, quapropter emendare nequiuimus, quem tua patienter feras beneuolentia.

Peripheriam Menſis Lunaris quàm diligentiſſime diuidere, & numeros dierum inſcribere. Cap. XII.

PReparatum igitur ex tribus circulis orbem lunarem in 29. diebus, & circiter 13. horis, hac induſtria diuidendum oſtendo, pone regulum in centro P. & expande illum ſuper gradū, 18. & min. 45. quartæ C B. numerando C. uerſus B. ubi protrahes linealem F G. (per errorem ductam ad partem H.) quæ (ſi rectè operatus fueris) pertranſibit ſuper tertiam quartā horæ 22. ipſius (recta deſcriptione emendati) horologij. Relicta itaque indiuiſa portione F H. (quę, cum emendatum fuerit, erit F G). diuide magnam circuli portionem in 28. partes ęquales, primo ſcilicet in duas, & has duas in alias duas, quę fiunt 4. partes: deinde ſingulam quartam partem in ſeptem partes, quæ fiunt 28. & ſingulas ſeptimas in quatuor particulas, quarum unaquęque particularum ſex contineat horas, & quater ſex horę, in unum collectæ, unum noſtri efficere diem. Poſt hęc deſcribe 28. numeros dierum lunæ, incipiens à parte K. uerſus I. ad H. & L. & iterum reuertendo ad K. ubi cadet numerus diei 29. (licet in hac figura nos hęc omnia præpoſtere, hoc eſt a parte H. incipiendo numerorum inſcriptionem propter inaduertentiam deſcripſerimus) quemadmodum diximus paulò ſuperius, nam, ſeruata methodo diuidendi vt ſupra, tamen incipere opportebat diuiſionem a parte ſuperiori, hoc eſt, a pūcto K. meridiei deſcendendo per punctum I. Occidentis vſque in H. Septentrionis, ubi cadere debet dies 15. ſuper manubrio. De hinc aſcendendo per punctum D. Orientis iterum reuertendum ad punctum K. meridiei, ubi deſcribendus erit dies 29, & $\frac{1}{2}$.

Quibus ita paratis, accipe intercapedinem vigeſimioctaui diei, hoc eſt à 28. ad 29. ab F. uerſus B. (ut [illegible] exemplo) & retento circini pede in F. uigeſimaoctaua diuiſione, cōuerte alterum [illegible] uerſus H. (ideſt uerſus K.) & ubi tetigerit circulum diuiſionum nota punctum 29. diei. [illegible] intercapedinem à 28. ad 29. diuide in duas ęquas partes, & inuariato ac retento uno circini pede in 29. die, conuerte alterum uagum uerſus H. (ideſt uerſus k.) & vbi tetigerit circulum regularum diuiſionum notabis medium diem, paulò diſtantem a linea H E. (ideſt C. k.) Iterum minorato circino ad quartā partē diei 28. transferas illam poſt 29. uerſus H. (ideſt uerſus k.) His itaque rectè peractis, neceſſe erit primum diem Lunę continere gradus 12. & circiter 12. min. graduum quartæ E D. (ideſt C B.) ab E. uerſus D. (ideſt a C. uerſus B.) numerando, & per conſequentiam, ſi ab hoc 12. gradu, & circiter 12. min. (quæ eſt quantitas primi diei) ſumeres primam diuiſionem, illamque uiginti nouies replicando per girum, abſque prima maiorum diuiſionum regula, haberes intentum, nempe 29. dies, & medium, ac circiter 13. horas. Hunc modum diuidendi menſem lunarem horarium (ob nimiā forſam

difficul-

difficultatem) ita exactius ostendere vidi neminem. Iterum ergo moneo te, lector candide, superiorem diuidendi methodum esse seruandam, sed non incipiendam esse diuisionem in parte F H, sed in parte C K, quemadmodum te superius iterum docuimus.

Horas Italicas noctu ex Lunaribus, atque à meridie, & à media nocte ex solaribus radijs facilè cognoscere. *Cap. XIII.*

CVm rerum coelestium peritum oporteat non solum interdiu horas inspicere prospectu, sed etiam noctu ad lunam, & stellas: ideo operæpretium existimauimus doctrinam aliquam inueniendam, propalandamque esse, qua quis facilè etiam ad lunares radios id propè verum obtinere valeat. Igitur cum noctu radiante luna (quod etiam Archihoroscopi nostri officio, etiam non radiante luna, consequeris, quemadmodum Cap. 17. Lib. 5. dicetur) horam ab occasu nocturnam reperire volueris, disce primum quoquomodo diem proximè transacti nouilunij, quem mente conserua, postea Archihorarium nostrum eum infixo erectoque bistyllo solari in centro P, ad quatuor mundi plagas (quemadmodum ad solares radios operare soles) accommoda, reductaque horologij mobilis hora meridiana tui præsentis diei super Cherubini frontem, hoc est super lineam meridianam de medio manubrij, considera horas integras, vel diminutas ab vmbra bistylli ostensas, quas adde horis sub ipso die lunæ in horologio lunari 24. horarum inuentis, quia tot erunt horæ nocturnæ ab occasu: At si numerus horarum ex horologio solari ac lunari aggregatus superauerit 24. deme 24. & remanens numerus indicabit tibi horas integras vel diminutas nocturnas iuxta computum ex ipsis vtriusque horologij horis inuentum, quod quidem negotium absque alio facilè absolues exemplo (circa ipsum lunare horologium descripsimus etiam horologium à meridie, & à media nocte, vt hiemali tempore, cum sol nequiuerit faciem sed dorsum illuminare instrumenti, ex vmbra inferioris indicis, absque torquis horariæ circumductione, prædictas horas Theutonicas etiam super dorso facilè habere possis), in cuius rei gratiam sume sequentem tabellam, in qua horam, quam gnomon demonstrabit in Archihorario, vel in alio quouis paruo horologio, intueatur, huiusmodi autẽ horam in supremo ordine horarum transuersali subscriptæ tabellæ inueniat, diemque lunæ in margine ex parte sinistra, quare in angulo communi horam veram proximè reperiet. Adhuc restat tertio modo horas inspicere nocturnas ad radios lunares, nempe reducendo horam seminocturnam tuæ præsentis noctis super diem lunæ in orbe dierum ipsius lunæ descriptum (iuxta uerum initium descriptionis ipsorũ dierum, quod incipit super linea diametrale in parte C. superiori super K, ita vt dies 15. cadat sub H. versus manubrium). Reducta igitur hora seminocturna super diem lunæ in orbe dierum ipsius lunæ, tunc vmbra styli ostendet tibi horam nocturnam, quam quæris, super mobile horologio. Sequitur Tabella.

TABELLA

TABELLA HORARVM LVNAE.

DIES LVNAE.	HORAE MERID. ET A MED. NOC.								
	4	5	6	7	8	9	10	11	12
5	8	9	10	11	12	1	2	3	4
6	9	10	11	12	1	2	3	4	5
7	10	11	12	1	2	3	4	5	6
8	11	12	1	2	3	4	5	6	7
9	12	1	2	3	4	5	6	7	8
10	12 ½	1 ½	2 ½	3 ½	4 ½	5 ½	6 ½	7 ½	8 ½
11	1	2	3	4	5	6	7	8	9
12	2	3	4	5	6	7	8	9	10
13	2 ½	3 ½	4 ½	5 ½	6 ½	7 ½	8 ½	9 ½	10 ½
14	3	4	5	6	7	8	9	10	11
15	4	5	6	7	8	9	10	11	12
16	5	6	7	8	9	10	11	12	1
17	6	7	8	9	10	11	12	1	2
18	6 ½	7 ½	8 ½	9 ½	10 ½	11 ½	12 ½	1 ½	2 ½
19	7	8	9	10	11	12	1	2	3
20	8	9	10	11	12	1	2	3	4
21	9	10	11	12	1	2	3	4	5
22	10	11	12	1	2	3	4	5	6
23	11	12	1	2	3	4	5	6	7
24	12 ½	1 ½	2 ½	3 ½	4 ½	5 ½	6 ½	7 ½	8 ½
25	1	2	3	4	5	6	7	8	9

Horologium inæqualibus horis vniuerſaliter inſeruiens facile conſtruere. Cap. XIIII.

AD maiorem Archihorarij noſtri decorem, lectorumque vtilitatem ſupereſt, vt oſtendamus horarum inæqualium, ſeu Planetarum deſcriptionem, & poſtea Zodiacum Acatium ipſarum inſcribere vniuerſalem. Quattam igitur L. H. huic operationi magis commodam, debitis interuallis in ſenas æquas diuide partes, vel poſito regulo in centro P. & ſuper ſingulis 15. gradibus quartæ D. E. vbi prædictam inſecauerit quartam H. L. ſex imprime notas, poſtea ſuper diametrale linea P. E. A. arcuum ſex inæqualium horarum inſcribendorum centra, hac venaberis induſtria, pone vnum circini pedem ſuper prædictæ lineæ aliquo loco inuento, alterum uero uagum, modo compreſſum, modo expanſum accommoda vſquequo per centrum P. & per primum ſublitera L. punctum prædictæ quartæ H. L. in vnguem tranſeat: Quo facto in ſcribe partem arcus à centro P. in eandem primam notulam, qui fini horę primæ inęquali ante, & vndecimæ pomeridianæ deſtinabitur. Conſimili artificio de reliquis agendum eſt notulis, quærendo videlicet centra ſuper prædicta linea P. E. A. ad reliquos arcus horarios producendos, quorum primus, vt dixi, fini horæ primæ ante meridianæ, & undecimæ pomeridianæ applicabitur, ſecundus ſecundæ ante, & decimæ pomeridianæ; tertius tertiæ, & nonæ; quartus quartæ, & octauę, quintus quintę, & ſeptimæ: ſextus tandem, cuius centrū eſt in medietate lineæ P. H. horæ ſextæ, ac lineæ meridiei dedicabitur, quam in circulum perſectum deducito etiam inter P. K. qui ſit P Z K: ſub ipſis igitur arcubus per ordinem prædictum inſcribes horarios numeros, vt res poſtulat, & exemplar oſtendit. Reliquum eſt huius horologij vniuerſalem quendam deſcribere acatium Zodiacum, tali propemodum, ut infra, noſtri ingenioli artificio adinuentum oſtendamus.

De Archihorarij Cherubici.

Inuentionem, ac inscriptionem Zodiaci Acatij, seu Melopoponij inæquali horologio, vniuersaliter inseruientis, ostendere. Cap. X V.

ACatij, seu melopoponij Zodiaci nostri construendi ratio est admodum facilis, & delectabilis, præsertim cum post quàm totaliter perfeceris Archihorarij machinam, illum describere possis. Sumetur igitur distantia tropici ab æquinoctiale grad. 23. & min. 30. à B. versus C. in M, & à C. versus D. in N. super qua distantia, & super centro P. posito regulo, protrahatur linea P X P Æ N. Deinde quartam B. C, cum 90. gradibus suis, officio circini, (quasi trahendo) integraliter remoue à quarta B. C. & ad quartam T K Æ, in 90. gradus, more solito, diuisam transferas. Postea diuide lineam P. K. in duo, & ibi fac punctum ♋. & posito circini pede in P. altero uero expanso ad punctum ♋. (centrum videlicet circuli P. Z. K. Y.) describe liberam circunferentiæ, siue arcus portiunculam ♋. X. ♑: & minorato circino ad distantiam ♋. X. illam duplica ab X. ad ♑: & à ♋. per o. ad ♑. protracta lineola ♋. ♑. ac posito circini pede in o. describatur circulus ♋. Y. ♑. ♎. quem diuides in 12. æquales partes, seu domos, & posito regulo super correlatiuis punctis domorum semicirculi ♋. ♎. ♑. & alterius semicirculi ♑. Y. ♋. nota intersectiones super arculo ♋. X. ♑. & illicò posito circini pede in centro ♋. ad distantiam P. deinde super singulis sex intersectionibus arcus ♋. X. ♑. & vago semper expanso ad distantiam P. (ea semper expansione seruata) sex inscribito arcuum portiones, in P. quidem semper concentricas, super arcum tamen K. P. vario modo ad inuicem distinctas, sex quidem inæquales efficientes Zodiacos Selanoides, interualla polyeros habentes, quos officio reguli positi semper in centro P. & circumducti per singulos quintos, & decimos gradus quartæ T Æ. totidem intersecabis lineis concentricis, extra tamen selanoides tropicos P. Z. K. P. & P. ♋. P. minimè executibus, & per singulas linearum, & arcuum intersectiones pinges quasdam stellulas, ad 12. signorum domos distinguendum: quintos verò, & decimos gradus poteris, vel practicè tuo iudicio, & industria, vel theoricè (eodem documento, quo domos) perficere, quia sicut Zodiaculum ♑. ♎. Y. ♋. diuidisti tantummodo in duodecim domos, & in tres decenas, ita etiam totum circulum de quinque in quinque posses diuidere in 360, ac totidem protrahere parallelas, super arculum ♑. Z. ♋. & inde quintos gradus transferre ad acatium, & ita unica tantum semper circini expansione ♋. P. seruata, poteris diuidere omnes Zodiacos rectilineos concentricos, & dum pedem circini uagum circumduces inter selanoides, non arcus integros, sed tantum quædam puncula, siue pedis circini transitus super lineas concentricas notabis, ad indicandum solummodo denū, & quinum quemque cuiusque Zodiaci gradum. At si aliquem intra quintos, vel decimos Zodia cos rectilineos concentricos, tuæ eleuationi deseruientem Zodiacum rectilineum inscribere velles, hoc, amice Lector, quàm facillimè eadem lege efficere poteris, quemadmodum ex datis documentis capere non est difficilè, protrahendo videlicet lineam à centro P. ad gradum tuæ habitationis, super quarta T K Æ, delectum, integrum, vel diminutum. Quibus diligenter perfectis, arcum P. Z. K. tropico æstiuo, P. ♋. P. hiemali, medium æquinoctiali, reliquos verò intermedios, per stellulas transeuntes, reliquis (si placuerit) signis tribuere memento; sed nobis (præter tropicorum, & æquinoctialis charecteres) inscribere signa minimè visum fuit, ne figuræ schema confunderetur. Inspice, & fac secundum exemplar nostrum, in quo etiam scalæ altimetræ (si tibi placuerit) fabricandæ modum, quasi indice, hac lege, ostendo, posito regulo à P. ad 45. gradum quartæ B. E. protrahe lineam P. 12. ad contactum quartæ H. I. super quam, à lineis P. H. & P. I. cadant perpendiculares ad 12. partium vmbrarum interualla super eis delineanda, quæ ob negotij facilitatem, tuo perficienda exitimauimus relinquere ingenio.

Horam æqualem, & inæqualem, seu artificialem breuiter huius archihorarij officio, vniuersaliter cognoscere. Cap. X V I.

CVm horam artificialem, uel inæqualem, quæ temporalis, & planetaria, seu astronomica dicitur, indagare volueris, impone cuneolum P. cum suo styllulo, circello, filo ac margarita, in centro fistulæ P. ipsum vsque ad planiciem dorsi infigendo, ut liberè filum Q è stylo pendere, & superficiem dorsi adamussim radere videatur, deinde, extenso filo, reducito Margaritam ad gradum solis super Zodiacum rectilineum, è centro P. procedentem, tuæque eleuationi deseruientem, delectumque intra acatium; exempli gratia, ponamus esse Zodiacum rectilineum 45. ele-


nationis,

uationis, quem protrahere placuit vſque ad arcum TKÆ, quo facto, capias archihorarium manu ſiniſtra, vt pars B. Cęlum, C. Solem, D. Terram reſpiciat, & vmbra ſtyli ſemper ſuper lineam P. H. E. A. per (medium manubrij protractam) extendatur, & perpendiculo R. cum ſilo, & margarita è volubili circello Q. liberè pendente, filoque ſuperficiem radante inſtrumenti, reſpice margaritæ contactum, quia ipſa oſtendet tibi horam inæqualem quæſitam integram ſuper arcualem lineam horariam, vel diminutam, ſi intra ipſas lineas ceciderit: at ſi arcum horæ VI. (vel etiam circulum PYKZ.) tetigerit, ſcito ſolem ad meridiem perueniſſe. Tandem ſi horam ęqualem habere placuerit, accommodato inſtrumento more ſolito ſuper ſcabello gnomonico ad tuā eleuationem, vmbra biſtylli in centro poſiti oſtendet tibi horas prædictas circa limbum dorſi inter graduum numeros deſcriptas, vti conſuetudo hiemali tempore poſtulat; ſed quia hoc negotium apud Gallos, & Theutonicos nihil habet difficultatis, ideo ſatis de illo me dixiſſe puto. Nunc ad reliqua properamus.

Diuerſis modis, ſiue formis, Acatium noſtrum delineare poſſe oſtenditur. *Cap. XVII.*

PVlchrè poſſumus Zodiacum acatium quibuſdam alijs (nempe ferè melopoponij more) pingere formis, transferendo ſcilicet Zodiacos rectilineos primi acatij ſuper arcus ſecundi, & tertij, integros quidem ad partem Y; imperfectos uero ad partem ſignatam Z. hocque facillima operatione, nempe tantummodo circini officio, ponendo unum pedem ſemper in P, & altero vago, domorum diſtantias, à rectilineis primi acatij, ad curuilineos ſecundi, uel tertij reportando, expedies. Sed, ne in operatione errorem committas, adhibe cuique, tam integro, quam imperfecto translato Zodiaco, propriæ eleuationis poli numerum, ſicut uides me feciſſe, ſimulque triū tantummodo deſcripſiſſe ſignorum characteres (ne acatiorum ſchemata confunderentur) nempe tantummodo tropicos ambos, & æquinoctialem. Horum dictorum ſequens ſumetur ſchema.

SCHEMA DORSI ARCHIHORARII CHERVBICI
continentis horas diurnas æquales, & inæquales: & Italicas noctur-nas, & lunares, cum ſcala altimetra, & planimetra,



F. CHERVBINI SANDOLINI
VTINENSIS,
SACERDOTIS IN RR. PP. CAPVCCINORVM SERAPHICI FRANCISCI RELIGIONE,

De Mithræhorarij sui compositione, & vsu. Lib. III.


שמחתני יהוה בפעלך במעשי ידיך ארנן

Thaumellipsis Sciographiam, & Mithræhorarij Schema artificiosè describere. Cap. I.



T quàm citius nos ab hac expediamus operatione, ponamus ante oculos, & consideremus Archihorarij sciographiam, ex qua hanc præsentem duplicem ellipsis describere, &, tanquàm ab exemplari, Thaumellipsis nostræ sciographiam desumere oportet: circa dato ergo centro A. fac circulum eiusdemmet primæ figuræ B C D E. magnitudinis, quem duabus quadrabis diametris B A D. & C A E. super folio tuo (nam superfluum quidem mihi visum fuit aliam tibi, præter hanc, præbere figuram), super quo hanc descripturus es Thaumellipsis sciographiam. Ideo posito pede circini in puncto P. ad distantiam A. transferas circulum A Q C R. ex hac nostra prima figura ad lineam A C. tuæ futuræ figuræ, & eadem circini expansione describito alterum huic similem circulum A Q E R. super linea A E. folij tui, qui quidem duo circuli magnitudine omnino æquales se se tangant in puncto A. in quo posito semper circini pede, & altero vago expanso ad singulos arcus ellipsis in circulo A Q C R. huius primæ nostræ figuræ inclusos, eadē eos transferas quantitate à decimo vsque ad sexagesimum intra duos circulos A Q C R. & A Q E R. duarum ellipsium tuæ figuræ, cuius loco ego primam hanc meam tibi considerandam (atque à te ipso duplicandam ellipsim) ostendo figuram.

SCIOGRAPHIA MITHRAEHORARII Cherubici Catholici.



Quo

Quo facto, & posito pede circini in A. & altero expanso ad 64. gradum sub P. describito perfectum circulum inuisibilem transeuntem per κ, & φ. tuæ figuræ, quam modò à te ipso, absque nostro alio exemplo (vt idem iterum recorder) super alio folio describendam ostendo, intra quē circulum, non amplius reliquos arcus (sicut in hac figura se habent) à 65. vsque ad 90. arcũ versus A, sed eorum loco peripheriam [illegible] 12. mensium, orbem 12. signorum Zodiaci, & Horologium mobile 24. horarum continens, describere oportet, sicut vides in nostro sequentis figuræ Schemate. Itaque circini officio è prima nostra figura, ad istam tuam transferas duplicem ellipsim (vt vides in prædicto Schemate nostro), super iam iam datos correlatiuos arcus in vtroque circulo A Q C R, & A Q E R. non tamen vsquè ad contactum integri circuli 64 peruenientes, sed tantummodo vsquè ad 60. arcum superiorem, & ad 60. inferiorem, hoc est supra duas fabricandas coronas ambarum ellipsium. Quibus diligenter peractis, extendas sub illo folio aliud folium album, super quod, graphij, vel aciculi officio, transferas ambas ellipsim, & reliqua puncta essentialia ad constituẽdum Mithræhorariũ: ferè eodem, quo Archihorariũ, documēto, & ordine, è sua sciographia punctitando transtulisti graphio. His quàm rectissimè peractis, hanc tuam, quam graphio perfecisti, remoue sciographiam, & circino accepto, describe peripheriam, idest, omnes circulos intra iam 64. datum circulum perfectum μ P φ ad orbes 12. Mensiũ, & 12. signorum Zodiaci includentes necessarios. Super inferiore item ellipsi describes coronam [illegible], siue labium tangens circulum [illegible], cui similē coronā describes etiā sub base [illegible] superioris ellipsis, in quibus coronis, aut vittis, siue labijs, describes 12. signorum domos, & characteres, quarum tamen distinctiones à centro A. procedant usque ad contactum domorũ ambarum ellipsium cadentium super arcum 65. qui quidē arcus cōstituit maiorem, ac superiorem ipsarum ellipsium extremitatem, siue coronarum superiorem limbum, ipsis quasi uittam efficiens ellipsibus. Intra binos autem præparatos orbes, siue periphærias, describes 12. signa, & 12, Menses, iuxta regulam in Cap. 2. & 3. primi libri datam, & sicut vides in hoc exemplare nostro. Postea describe Diademahorarium, quærendo circulorum excentricorum centra super lineam ש. sub cruce versus centrum IESVS, in quorum nouem orbium diadematis interualla, seu fascias, horarum distinctiones describere oportet, sicut res postulat, & nostrum ostendit exemplar. De modo autem describendi inæqualia, tam integrarum, quàm fractarum horarũ interualla super hoc diademate satis abunde diximus in Cap. 16. & 17. primi Libri de immobilis horologij archihorarij constructione, quod ab hoc diademate nihil differt, nisi quod illud habet orbium circulos concentricos cum orbibus dactyliorecæ continentis 12. Menses, & 12. signa æqualiter diuisa, hoc autem orbium suorum, hoc est horarum interualla, siue arcus (ob Schematis, siue Catoglyphi diadematis ornamentum) habet excentricos. Interualla vero horarum, seu diuisiones sumuntur, vel ex 360. gradibus Zodiaci sui æqualiter diuisi, vel ex horologio mobili 24. horarum, quia est eadem operatio. Itaque quemadmodum (ut iterum repetam) de horologio immobili fecisti, ita hic facias sumendo horarum distinctiones ex singulis 15. gradibus Periphreseæ 12. signorum, vel transferendo horas vti se habent in hoc mobili 24. horarum horologio. Nam, posito regulo in centro H. diuini nominis IESVS, & super singulis 15. gradibus Zodiaci sui æqualiter diuisi, uel super singula hora, & quartis ipsius horologij (quod idem est) protrahes, ut diximus, lineas horarias maiores primum, deinde minores (distinctiones horarum, & quartarum repræsentantes) super ipso diademate horario mithichorarij tui, iuxta formam nostram; nam uides quo ordine ego distribui horas mediæ noctis horarum ab occasu, & ab ortu intra duas primas fascias, seu orbes, vbi super lineam ש. per medium ellipsis extensam (æquinoctialem quidem repræsentantem) uides ex centro, & mobili horologio IESVS, officio reguli, in diademate me extendisse lineam, & notasse horam 6. mediæ noctis ab occasu, & 18. ab ortu. Intra duos verò sequentes orbes uides me descripsisse duodecimam ortiuam horarum ab occasu, & duodecimam occiduam horarum ab ortu. Intra duas item sequentes fascias uides 18. meridianam ab occasu, & 6. meridianam ab ortu. Vides similiter in sequenti orbe VI. horā a meridie, & à media nocte (ortiuam, & occiduam tantummodo æquinoctiorum tempore) ibi sub Nomine harum literarum CHERVBINO descriptas. Eodem igitur ordine reliquas omnes ortiuas, & occiduas earumdem ab ortu, & ab occasu per ipsum orbem hinc inde, sicut de reliquis fecisti, describere oportet. Præterea supra hoc uerbum CHERVBINO distribuimus


gradus

gradus distantiæ Aeclipticæ à puncto æquinoctij ad amplitudinem vsque ortiuam, uel occiduã. Vides igitur quot modis hoc potes immobile construere horologium, siue diadema horarium. At citius operationes expedies ex Horologio mobili 24. horarum, quàm ex 360. gradibus circuli inuisibilis. Eligas igitur ex duobus quem tibi magis placet modum, quia eadem omnino erit operatio.

HOC DICTORVM INSPICE EXEMPLAR.

SVMMVM MITHRAEHORARIVM CHERVBICVM Catholicum ad quantitates dierum, ac noctium, & ad horas diurnas, & nocturnas dignoſcendas exquiſitiſſimum,

לִפְנֵי שֶׁמֶשׁ יִנּוֹן שְׁמוֹ :



Mithræhorarij Anaglyptum construere. Cap. II.

CVm autem Mithræborarium nostrum in Anaglyptum erigere uolueris, hoc opus duobus modis expedire poteris. Primo modo ex crasso papyro præpara tabellam valde expolitam, super qua describes figuram Mithræhorarij. Deinde præcides superflua loca, & margines circa Diadema, & Ellipsim. Circumcides, & horologium mobile, quod super sinu suo A. firmiter accommodabis tali quidem artificio, ut axiculorum, & fistulæ officio possit, presse tamen, circumuolui. Axes infigi debent sub linea diametrali ※ I E S V S. ※ quam clarius cernes in sciographia sub N O. Sinui autem primo copulabis arculum polarium eleuationum B. sub lineola diametrali, ac perpendiculari ipsius sinus v. 30. 18. ad angulos rectos. Post tergum sinus accommodabis Arculum eleuationum prædictum, ita ut fistulula, quæ unita est arcui ex eadem continuata materia in 90. gradu inflexa, centro nominis I E S V S diametraliter correspondeat, e regione uidelicet ipsius centri eleuata ad angulos rectos. Insuper post tergum inferioris ellipsis accommodabis lunellulam, vel aliud quodpiam instrumentum, vel cochleolam, vel fac sectionem, per quam arcus presse traseat, & super arcu facies quasdam sectiones denticulorum more per singulos gradus, per quas sectiones cornu lunellulæ firmari possit, ut uides in Cataglypho B. Mithræhorarij uero pedem tornatili artificio, & reliqua omnia iuxta exemplaria expedies. Secundo modo, poteris præparare Hemipyxidem ex ligno, vel ex ære, cuius altitudo, & latitudo, & limbus, vel os pertingat usque ad diametrum horologij transiens per nomen I E S V S, per quod, & per ※ & ※ secandum est Diadema horarium, & Peripheria 12. Mensium, sectumque duabus est muendum volucllis in parte dorsi confixis, ita ut deprimi possit cum volueris horas perspicere, quia ipsum Diadema impediret radios solares ne in stylum vergerent, & ut, post usum, erectum permaneat accommodabis duas linguellas, quibus Diadema fulciatur ne cadat retrorsum. Super ipsa ergo Hemipyxide accommodabis inferiorem Ellipsim clauiculis orichalcheis, vel glutino. Cuppa item Pyxidis habeat in parte acuminis axem ex continuata materia ad infigendum in pedis, vel capitelli manubriolo calicis Hæc, & plura alia ad instrumenti perfectionem ac decorem poteris magis tuo diligenti artificio quàm ex plurimorum uerborum additione melius accipere documentum, pro cuius satisfactione duo hæc schemata placuit apponere consideranda, quibus ubi ostenditur quomodo mobile Horologium, Arcum eleuationum, depre-



sionem

ſionem Diadematis,ſolare biſtyllum, &c. accommodare debeas ſuper rotula ſinus horologij. Deſcriptionem tandem Menſis lunaris circumcirca craſsiciem ſinus (qui repræſentat quendā immobilem æquatorem) ad horas noctu ad lunam dignoſcendas,reſtat hoc facili expedire modo. A puncto ♎. 0°. diametri 6. A. 18. à parte meridiei ipſam craſſitiem, vel potius limbum in 29. dies & ½ ipſius lunæ diuidere incipias procedendo verſus ortum, ♋ ♑. deſcendendo ad Septentrionem, 30 ♈. per occaſum ♑ ♋, iterum in meridiem ♎ 0°. reuertendo, vbi 29. & ½. dies deſcribendus erit. Huius lunaris methodum diuiſionis (ne eadem iterum repetamus) in Cap. 12. lib. 2. conſulas. Vſum autem inſtrumenti ad radios lunares infra in Cap. 4. huius inuenies.

De mithræhorarij Cherubici Catholici delectabili Vſu.

Quantitates dierum ac noctium, ſiue arcus diurnos, & ſemidiurnos, nocturnos, & ſeminocturn. agnoſcere. Cap. III.

SI à prima vſque ad ſexageſimam eleuationem polarem quantitates dierum, ac noctium ſcire volueris, quære ſignum, & gradum ſolis in ipſo ſigno, ſub tuo præſenti die in orbe menſium inuento, quo habito, reducito biſtyllum horarium, vel filum cum margarita, ad prædictum ſolis gradum ſuper arcualem Zodiacum tuæ polari deſeruientem eleuationi, in ſuperiori ellipſi inuentum, quo facto, reſpice ſub indice biſtylli ſuperiore, quia in diademate habebis intentum, nam in primis duabus faſcijs minoribus videbis horas à meridie, & à media nocte ortiuas, & occiduas tantum: in tertia faſcia videbis gradus diſtantiæ Eclipricæ (ni fallar) ab ♈. uel ♎. vſque ad amplitudinem ortus, vel occaſus, (de qua uide plura in cap. 15. libri octaui), in quibus eo die ſol occidit, uel oritur; in quarta faſcia horaria habebis horas mediæ noctis horarum ab occaſu: in quinta faſcia uidebis horas mediæ noctis horarum ab ortu, in ſexta cernes boras ortus horarum ab occaſu: in ſeptima, horas occiduas horarum ab ortu: in Octaua, horas meridianas ab occaſu: in nona, & ultima ſaſcia ecce uides horas meridianas horarum ab ortu, quæ omnia, ſi hic in libello videre optaueris, pone filum ſericum in centro nominis IESV, & illud ducas, extendaſque ſuper gradum ſolis, &c. vt ſupra dictum eſt de Biſtyllo, & habebis intentum. Hæc igitur omnia unica operatione, & unico intuitu, candide lector, habes, quæ à nemine, uſque in præſentem diem (ni fallor) tanto facili artificio, pulcherrimo, atque de nouo inſtrumento, abſque vlla Arithmetica ſupputatione, tradita fuere. Præterea ne aliquam in reducendo biſtyllum ſuper inferiorem ellipſim patiaris difficultatem, vti poteris tantummodo ellipſi ſuperiore, inſcribendo ſuper illa ellipſi ſigna, quæ in inferiore ellipſi deſcripta ſunt; nempe cum tempus compleuerit ſolem iter ſuum ducere per Sagittarium, huius ſigni domui tribuee etiam Capricornum; domui Scorpioni, Aquarium; Libræ, Piſces; Virginis, Arietem, Leonis, Taurum: & Cancri domui applica ſignum Geminorum, & habebis intentum.

Horas diurnas, & nocturnas agnoſcere, Mithræhorarij Cherubici delectabili officio, breuiter oſtendere. Cap. IIII.

POſtquàm dierum, ac noctium quantitates Mithræhorarij noſtri ope inuenire, & uidere oſtendimus, nunc de reliquis eius vtilitatibus quàm facillimè tractare incipiamus. Cum ergo ad ſolares radios horam ab occaſu cognoſcere uolueris, primum officio Biſtylli horarij, vt ſupra diximus, horam tui præſentis meridiei, ſuper diademate horario ex arcuato tuæ regioni deſeruienti Zodiaco in ellipſi inuenire ſatage, qua cognita, circumuolue mobile horologium vſquequo ipſa hora integra, uel diminuta perueniat è regione lineæ Arietis meridianæ, hoc eſt ſuper Cherubini frontem, quòd eſt, ſuper arcum eleuationum, deinde eleua ſinum horologij unà cum arcu polarium eleuationum, quem officio lunællulæ, uel cochleæ (apprehendentis tuæ polaris eleuationis denticuli ſectionem) vel abſque officio lunællulæ ſeu cochleæ, ſed Arc. eleu. preſſe ingredientem accommoda, firmiterq; ſtabilias: quo firmato, & poſito biſtyllulo

ſolari

ſolari in H. hoc eſt nominis I E S V centro mobilis horologij, exponas Mithrehorarium ad radios ſolares, ad quatuor Mundi partes officio Magnetini compaſſi, vt ipſa res poſtulat, quo facto, vmbra biſtylli horam tibi oſtendet deſideratam, ſuper facie quidem horologij, dum ſol partes Septentrionales peragit, ſub dorſo uero quando ipſe Sol à nobis uerſus Auſtrum deflectitur, quia tunc ſui ſplendoris radijs faciem inſtrumenti nequaquam illuminare poteſt, ideo, uel vmbra ſumenda erit ſuper digituli tui acumen è regione horæ, ad quam uerisſimiliter inferioris ſtyli vmbram flectere videbis; uel ſub dorſo matricis alterum ſatage mobile fabrefacere, & accommodare horologium, tali quidem artificio diſpoſitum, atque horologio faciei, officio eiuſdemmet fiſtulæ præſsè unitum, ut quando horologium faciei ſuper lineam meridianam de die in diem reducere uolueris, etiam horologium dorſi cum horologio faciei ſimul, & ſemel cum illo circumuoluatur, ac eandemmet horam reducat ſuper lineam meridianam dorſi, directè cadentem ſuper arcum eleuationum ad meridiem conuerſum; ſed ſuper hoc horologio dorſi 24. horæ Italicæ deſcribendæ ſunt ordine ſubalterno ſub horis horologij faciei, nempe ſic, hora 23. Dorſi, deſcribatur ſub, & è regione 23. faciei; & ita deinceps de reliquis vſque ad 24. ſub 24. faciei, vt abſque labore, una, eademque operatione, ac unico impulſu cum reduxeris horam faciei ſuper lineam meridianam, etiam illamet dorſi illuc eodem impulſu adamuſſim perueniat ſuper lineam meridianam ipſius dorſi, hoc eſt ſuper Arcum eleuationum. Si tandem nocturnas horas ad radios lunares noſcere cupias, reducito horam mobilis horologij ſeminocturnā ſuper diem lunæ (quos quidem dies ſuper limbo, uel craſſitie ſinus deſcripſiſti) & poſito inſtrumento ad lunæ radios habebis intentū.

Horas ab ortu facillimè videre. *Cap. V.*


REducito biſtyllum horarium, vel filum ſuper gradum ſolis in tuo arcuali Zodiaco ſuper ellipſim, ut ſupra diximus, inuentum, & ſub illo in diademate horario inuenies horam horarum ab ortu meridianam, in propria faſcia deſcriptam, quam ſuper lineam meridianam, per horologij mobilis circumuolutionem, perducere ſatagito: quo facto, & poſito Mithræhorario, more ſolito, ad quatuor mundi plagas, ad angulos rectos cum horizonte erecto; ſub umbra biſtylli ſolaris protinus horam quæſitam integram, uel fractam, ſuper fronte, uel dorſo inſtrumenti, ſecundum temporum diuerſitatem, ſummo videbis animi oblectamento. Quod ſi nocturnas cupias reducito horam meridianam mobilis horologij ſuper diem lunæ, operando ut ſupra, habebis optatum, iuxta regulam nocturnarum.

Horam à meridie, & à media nocte rectè inuenire, & videre. *Cap. VI.*

HOram mobilis horologij ſuper lineam meridianam reducito duodecimam, & poſito ad ſolis radios inſtrumento, umbra biſtylli horas ante meridianas per numeros ordinate diſpoſitos oſtendet, pomeridianas uero, 13, erit I; 14. erit II: 15. erit III, & ita deinceps procedes numerando per ordinem, & ſic abſque ullo labore, ſeu difficultate, Gallico, & Theutonico more habebis intentum. Sed ne quid Acacis obſimathis deſit, quod deſiderari poſſet, hæc duo Mithræhorarij Cataglypha placuit ſuperaddere faciei uidelicet & dorſi, ut facillimè & apertè intelligant omnes partes huius inſtrumenti, quæ ſunt, Tetrarſphærium Q R: Hemipyxis ellipſis X L M: Horologium Italicum mobile C H I L B: Aequinoctialis, & Horologium lunare T V. continens ſuper ſe horologium mobile 24. horarum C H E; ſuper craſſitie limbi deſcriptus eſt menſis lunaris T V. Item Axis Mundi H A: ſuperior Ellipſis B A B: inferior uero N O: Diadema horarium F S K G: Duo Axes F, & G, qui Diadema horarium K, uoluellarum D D. officio retinent: duæ linguelle YY, ad ipſum Diadema K. fulciendum, ne eleuatum cadat retrorſum; Hemipyxidis craſſicies horizontalis X: craſſicies tabellæ S S S S: facies ellipſis ſuperior V A B, & inferior N O: eleuationum Arcus Z: Perpendiculum, ſeu Rectificus P: filum ſericum tenuiſſimum cum Margarita R B H, qui Biſtylli horarij fungitur officio. Axis O. in capitello pedis infixus, qui ſit eiuſdem continuatæ materię, uel Ellipſis S, uel Hemipyxidis M, uel aliquo alio quouis meliori artificio adauctus, & accommodatus, uel ipſa Hemipyxis ſit eiuſdem continuatæ materiæ cum capitello O, & totius pedis inſtrumenti. De quibus ſequentem inſpice figuram.

MITHRAE-

MITHRAEHORARII SCHEMATA, ſeu Cataglypha in proſpectu deſcripta.



F. CHERVBINI SANDOLINI VTINENSIS,

SACERDOTIS IN RR. PP. CAPVCCINORVM SERAPHICI FRANCISCI RELIGIONE,

---

DE ARCHIHOROSCOPI CATHOLICI SVI COMPOSITIONE,

LIBER QVARTVS.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO D. D. IVL. ANT. SANCTORIO S. SEVERINAE CARDINALI AMPLISSIMO.

Frater Cherubinus Sandolinus Vtinensis Ord. Capucc. Seraph. Franc. Sacerdos, S. P. D.





QVum inter uaria, multaque perpulchra mathematica organa, optime Præsul, miratu dignissima, Astrolabium excellere videatur, tamen eo quantitates dierum ac noctium cognoscere, horasque diurnas, atque nocturnas, tum Italicè, tum *Boemicè* antiqui nequaquàm (nisi tediosissimis arithmeticis supputationibus, maximisque laboribus) agnoscere, atque perspicere docuerunt; sed neque Polymorpha horologia cuiusuis generis in qua uis superficie eius officio describere valuerunt, & neque aliquam eius vniuersalem descriptionem nobis ostenderunt. Istis igitur non modicis Astrolabij deliquijs nostris lucubratiunculis (digito DEI ostendente) supplere tentantes, Archihoroscopum nostrum, apud Archihorarium, & Mithtæhorarium, his, qui iam pede calcante, terrenis, æquoreisque imperare videntur, vultu tamen erecto, atque sublimi, cœlestibus fruuntur delicijs, sub ijsdem tuis, quibus, & cætera nostra instrumenta, felicissimis auspicijs destinandum esse censuimus, meæ profectò erga tuam in me ostensam clementiam, & erga Mathæseos omnes beneuolentiæ pignus immortale, quod quidem pergratum, atque periucundum fore minimè ambigimus. TE itaque PRINCIPE, & virtutum sectatoribus patronis, atque ducibus præsentissimis, quæ ad fabricam, quæque ad eiusmodi Archihoroscopi nostri delectabilem vsum tendant (consueta acatiæ nostræ diligentia) omnium oculis ostendere exordiamus. Vale in Domino IESV pientissime Præsul, & nos ualete fœlici sidere lectores beneuoli, & pro me DEVM OPT. MAX. præcari ne dedignemini.

Constru-

Constructio Archihoroscopi Cherubici Catholici nostri ad horas diurnas & nocturnas, Italicè, Bohemicè & Gallicè conspiciendas; & ad horologiorum horarum ab ortu & ab occasu, atque à merid. & à media nocte descriptionem aptissimi.

De qua materia, & de quot partibus hoc construi debeat instrumentum. Cap. I.

EX orichalco, vel cupro, aut ex alia quauis dura materia parentur politæ laminæ, seu tabellæ, ex quibus erit fabricandus Archihoroscopus noster, iuxta ipsius tria exemplaria, seu cataglypha A B C. quæ tamen vnum tantummodo Archihoroscopum repræsentant, sicut videre licet sub Cap. 13. libri huius. Archihoroscopus igitur noster constat ex pluribus partibus, uidelicet ex fundamento (de quo suo loco dicetur); ex base cum pyxide; ex hastilabro cum duobus rectificis; ex eleuationum arcu numero 45. signato, qui gradus 90. continet; ex sinu cum rota Archihorarij, dioptra, & radia R, uel S; ex Zodiaco fiduciali A T. cum probatore; ex arcu; & corda fiduciæ B: quæ quidem omnes partes quibusdam axiculis, cochleis, atque clauiculis, ita aptatæ, & connexæ sint, vt, fundamento manēte immobili, partes superiores, modo ex hac, modo ex illa parte, nunc attoli, nunc deprimi, vel circunuolui possint, prout res exiget, & infra suis quoque locis dicemus: sed primo loco ad ipsius instrumenti sciographiam nostra accedat manus.

Fundamenti huius sciographia initia ponere. Cap. II.

QVære præparatæ tabulæ centrum A. super quod, circini officio, describe (secundum eiusdē tabulæ capacitatem) circulum B C D E. deinde circino constricto in puncto H. in medietate uidelicet semidiametri A C. posito uno circini pede, altero uero vago fiat circulus C I A K, & eadem expansione ex centris F G. fiant duo correlatiui semicirculi B K A, & A I D: circulum postea C I A K. diuide in quatuor partibus, & unamquamque quartam in nouem alijs dispartire partibus. Quo facto, accipe circinum, & firmiter posito pede in centro A. alterum expāde pedem ad singulas diuisiones alterius medietatis prædicti circuli, nempe C K A, uel C I A. sicque, semper circinum restringendo, describe 18. circulos concentricos, quibus adhibe singulis eleuationum numeros de quinquè in quinquè, incipiens ab A. primo circulo vsque ad nonum tantummodo circulum, cui assignabis 45. Præterea quadrabis hos circulos concentricos per A. centrum duabus diametris B A D, & C A E. Demum singulis correlatiuis intersectionibus, quas faciunt circuli concentrici cum semicirculis B K A, & A I D, adhibe regulum, & vbi regulus intersecabit lineam C A. notabis nouem puncta, scilicet centra excentrica (vt uides intra diametrum separatum A.) in quibus singulis punctis excentricis posito circini pede, & altero uago semper ad A. expanso, procrea nouem circulos excentricos, vt uides in segregato diametro B. excentricè inclusos in circulo C I A K. omnibus maiori, quæ quidē duo exemplaria A. & B. seorsum ad tuam faciliorem intelligentiam omni meliori modo descripta apposuimus sub uniuersali Schemate. De numeris uero inter A, & X, & inter A, & Q. descriptis, suis locis infra diffusius tractabimus.


Polycerotem siue, selanoidem in duodecim domos diuidere. Cap. III.

LIcet hæc operatio sit eadem cum illa, di qua supra in libro primo, cap. 10. tractauimus, tamen ob legentium commoditatem, & faciliorem operationem, uerum repetere uisum fuit. Diuidatur igitur semicirculus B C D. in duodecim partes æquales, & singula quęque pars in tres decenas, uel etiam in sex earum quintas; & ex istis singulis diuisionibus extendatur regulus semper ad A. centrum, & vbi regulus intersecabit selanoides signabis eos quibusdam intersectiunculis, & punctulis, duodecim tamen prædictorum excentricorum domus, lineis productis à centro A. usque ad circumferentiam maiorem B C D E. ab inuicem distinguantur, vt in B. quam seorsum, ut diximus, figuram descripsimus ad maiorem legentium intelligentiam, videre licet.

E selanoidibus ad dactyliotecam domorum initia transferre. Cap. IIII.

NE confundaris in hac operatione, lector, signabis vnumquenque selanoidem suo proprio numero, sic 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. vt uides in exemplari B. nam primus, ac minimus eorum deseruiet quintæ & octuagesimæquintæ polari eleuationi; secundus decimæ & octuagesimæ: tertius, quintædecimæ, & septuagesimæquintæ, quartus 20, & 70; quintus, 25, & 65; Sextus 30, & 60, septimus, 35, & 55, octauus, 40, & 50, nonus, & ultimus omnibus maior subiacebit tantummodo 45. eleuationi, quemadmodum iam ostendimus etiam in selanoidi primæ figuræ sub Cap. 13. primi lib. Quo facto, & posito regulo in uniuscuiusque selanoidis proprio centro inter H, & A. huius figuræ, & circunducto singillatim super singulas cuiusque selanoidis binas correlatiuas diuisiones, transferantur omnes super dactyliotecam, idest, super magnam circumferétiam B C D E, quemadmodum omnium eleuationum tantummodo initia domorum Zodiaci (sed decenæ graduum solius 45. eleuationis super prædicta circumferentia B C D E. quibusdã semiasteriscis signatæ) a nobis translata, & quibusdam lineis inuicem parallelis, eleuationumque numeris super prædicta (à prima vsque ad 90. eleuationem poli) circunferentia B C D E. expressè notata uidere potes. Aduerte insuper, quia ego notaui numeros eleuationum de quinque in quinque super initijs solius Cancri, & Capricorni, quod satis esse existimaui, ut intelligeres initia reliquorum signorum eisdem numeris, & eidem ordini subijcienda esse, vt videre licet. quemadmodum etiam sub signo Virginis tibi quasi annictaui istis numeris. 5. 40. 45. & sub Scorpione 45. 50. & 85. qui ad inuicem sunt correlatiui; nam numerus. 5. respondet numero 85; 40. vero respondet numero 10, & sic deinceps de reliquis, quia duo numeri unicó selanoido, binæque eleuationi deseruiunt sub 65, & 70. vides supra B, & D. uersus C.

SCIOGRAPHIA ARCHIHOROSCOPI, ATQVE Megaſtelligeri Cherubici Catholici.



Initia Dactylionum è Dactyliotecа ad dactyliones transferre, & Cœlati uniuerſalis, regionibus temperatis maximè commodi inſeruientis, deſcriptionem oſtendere. *Cap. V.*

COelum ſtellatum, hoc eſt, Zodiacum uniuerſalem temperatum, horis nocturnis deſeruientem, hac ſequenti facillima norma è Sciographia ſumere oſtendo; firmetur regulus ſemper in centro A, & circunducatur per ſingula Domorum initia 45. eleuationis, & per ſingu-

 las de-

las decenas,& quintas ipſarum domorum(iam iam ex ſelanoidibus ad dactyliotecam B C D E translata,& vbi regulus interſecabit nonum dactylionem K L M V Q P X T. quadrageſimæquintæ eleuationi dicato, pinge notas, quemadmodum me feciſſe vides in punctis iam notatis L M I P T K. L M. circuli 45. nam diuiſiones ſelanoidis circuli C K A I. quadrageſimæquintæ eleuationi deſeruientis, ponendo regulum ſuper centro ſuo H. tranſtuli primo ſuper dactyliotecam, ideſt, ſuper magnam circunferentiam, ut ſupra dixi, poſtea, tenendo ipſum regulum in centro A. eaſdem diuiſiones è magna abſtuli circunferentia B C D E, & tranſtuli ſuper nonum dactylionem, hoc eſt ſuper circulum concentricum quadrageſimæquintæ eleuationis, nempe L M V X T K, reliquos vero ſelanoides incluſos in maiore ſelanoide C I K A. (iam iam ad ſuum locum translato) ad communem primò circunferentiam B C D E, & inde poſtea ad proprios dactyliones (nempe octauum excentricum ad octauum concentricum, 7. excentricum, ad 7. concentricum, & ita reliquos) eadem, qua ſupradiximus, lege ſcias transferendos eſſe, quas quippe translationes, ob rei facilitatem, prædicti exempli methodo, tibi perficiendas relinquimus, Sed ne errorem committas, reſpice in præoſtenſæ figuræ exemplari quatuor domos omnium eleuationum ♒. ♓. ♉. & ♊, quas ego tranſtuli, & quibuſdam veluti inciſionibus adnotaui inter A, & P. domos ♓; inter A R V. uero domos ♉; & domos ♊. inter A N. verſus O. Item animaduertas inſcriptionem numerorum cœli temperati incipere ab A, & terminare in nono circulo nempe K L M I V P T. 45. notato: ſed numerorum reliquarum eleuationum ordo, nempe 50. 55. 60. 65. &c. à numero 45. reuertitur iterum ad centrum A. ubi cadet numerus 90. Numeri vero polarium eleuationum pro cœlato torrido, nempe 5, 10, 15, 20, &c. deſcribantur, & numerentur, non à centro A. ſed à circulo nono K L M I V P T. & iterum in idipſum circulum reuertantur, & deſinãt, vt infra diffuſius dicetur: reliqui uero circuli maiores, ac ſuperiores inter B, & T. unà cum omnibus à T. vſque ad A. fabricæ Megaſtelligeri ſpectant, vt ſuo loco demonſtrabitur. Sciendum igitur quod (ut iterum repetam) hæc ſciographia à centro A. vſque ad circulum K L M V Q P X T. (quadrageſimæquintæ eleuationi adſcriptum) fabricæ cælari temperati, & cœlati torridi deſeruit; à centro uero A. vſque ad maiorem circulum B C D E. ad Megaſtelligeri deſcriptionem ſpectat, ut infra dicetur. Videat ergo & conſideret prudens lector an hoc Megaſtelligerum noſtrum ſit forte quoddam genus Aſtrolabij uniuerſalis, hucuſq; à nemine inuentum, quod ſi ita erit, D E O O P T. M A X. gratias referamus. Ex circulis tandem inter T, & B. deſcriptis ſcire, & videre eſt nos erexiſſe Dactyliotum, hoc eſt, Zodiacum nocturnum uniuerſale Archihorarij noſtri, ut in Cap. 11. lib. 1. notatum eſt.

Cœlatum temperatum in torridum, ſiue extremum, hoc eſt, Regionibus extremis maximè commodum, conuertere. Cap. VI.


QVAM facilis ſit hæc operatio, nempe, conuertere Zodiacum vniuerſalem nocturnum, Regionibus temperatis magis commodum, in Zodiacum vniuerſalem Regionibus extremis magis commodum, ex ſequentibus patet exemplis. Volo conuertere, ſiue transferre Zodiacum quadrageſimæquintæ eleuationis temperatum à ſuo circulo nono K L M V Q T. ſuper primum, qui eſt quinte eleuationis ipſius temperati, ſacio ſic, pono regulum ſuper centro A. & ſuper ſtellam P. domus ♓, & ubi regulus interſecat primum ac minimum circulum apud A. noto punctum interſectionis, & numerum 45. eleuationis. Deinde uolo transferre 40. Zodiacum è ſuo octauo circulo ſuper circulum ſecundum apud A. (decimæ eleuationi temperatæ adſcriptum), & è conuerſo, hoc eſt, ipſum decimum temperatum è circulo ſecundo apud A. ſuper octauum circulum ſub litera Q. pono igitur regulum in A. & ſuper interſectione circuli 40. eleuationis ſub P. verſus A, & ubi regulus interſecat ſecundum circulum apud A. noto punctum cum numero 40. quadrageſimæ torridæ eleuationi deſeruiente, à Q. uerſus A. procedendo: octauo uero circulo (è quo Zodiacum temperatum, & eius 40. numerum iam deſumpſi) tribuo viciſſim numerum 10. decimæ eleuationis temperatæ, qui prius ſecundo circulo ab A. Zodiaci temperati deſeruiebat. Eodem iterum documento è ſeptimo circulo ab A. verſus E. abſtraho Zodiacum 35. eleuationis temperatæ, & transfero ſuper tertium circulum, cui adſcribo numerum 35. eleuationis, quinquageſimæquintæ correlatiuũ; & à tertio circulo ab A. viciſſim transfero Zodiacum 15. ſuper ipſum 7. circulum, à quo 35. abſtuli Zodiacum, & ſic intelligas uelim faciendum eſſe de reliquis Zodiacorum translationibus. Zodiacos enim temperatos quibuſdam notaui-

notauimus ſectiunculis inter A,& T.(ideſt vſq; ad nonũ circulũ)in extremos,conuerſos, & tranſlatos inter X, & A, ab A.uerſus X.quos oppoſitis numeris à tẽperatis notauimus ab A.uerſus X. ſic 50.55,60. &c. quos quibuſdam craſſioribus punctis à temperatis diſtinximus. Sic temperatos inter P.& A.vides commutatos eſſe in extremos inter Q.& A. & oppoſitis numeris à temperatis eſſe ſignatos punctis craſſioribus,& iſtis numeris 5. 10. 15. &c. nam numerum quintæ eleuationis poſuimus ſuper circulum nonum, qui erat quadrageſimæ quintę eleuationis, & numerum 45. eleuationis viciſſim deſcripſimus in circulo ſecundo, qui erat quintæ eleuationis, & ita deinceps. In horum dictorum gratia duas ſequentes tibi aſpiciendas propoſuimus figuras, nempe C. 85, & V. 45. in centris notatas, in quibus uides ſuper linea diametrale polarium eleuationum numeros eſſe deſcriptos,& ubi graduum incipit deſcriptio, ibi pariter deſinit finis inſcriptionis; nam Cęli temperati C.85. inſcriptio & denumeratio incipit à minimo circulo à centro C.nu.5. verſus O.procedẽdo,& à T. iterũ reuertitur ad C.85. ibique deſinit. Cęlati uero extremi incipit denumeratio, & inſcriptio graduum à maiori extremoque circulo QPXTK. nempe nono ſuper menſe Martio ſic 5.10. uerſus V.45. & à centro V. proſequendo denumerationem uſque ad nonum circulum verſus O. in quo deſinit denumeratio & numerus 85; quia in iſtis duabus cęlatorum figuris ſingulus circulus,uel Zodiacus, duabus deſeruit eleuationibus poli,ut potè minimus circulus ſuper ſe duas continet poli eleuationes, & Zodiacos,qui pariter duabus deſeruiunt eleuationibus, nempe 5, & 85. ſecundus circulus duos contines Zodiacos,duabus pariter deſeruit eleuationibus poli,nempe 10,& 80. Tertius circulus ſeruat duos Zodiacos duabus pariter deſeruientes eleuationibus,ſcilicet 15,& 75.&c.& ſic intelligatur de Cœlato torrido,ſiue extremo,cuius tamen denumerationes graduum polarium eleuationum incipit à nono,ideſt à maiori circulo BCDE,& reuertendo ad ipſum,in idipſo deſinit.

SCHE-

De Archihoroscopi Cherubici.

SCHEMATA COELATHORVM TEMPERATI, & Torridi.



Megastelligeri uniuersalis descriptionem ostendere. *Cap. VII.*

Circa Megastelligeri nostri, hoc est, magni Cęli stellati descriptionem alia methodus non est seruanda, nisi supradicta, quam vsque ad Cęlati temperati perfectionem (antequàm è sciographia

graphia ſeparetur) oſtendimus, ſed eleuationum numeri incipiunt à maiori circulo B C D E, & ab E. verſus A. centrum deſinunt, quod polum mundi repreſentat, de quibus tale ſumas exemplum, Ponamus quod in ſciographia ipſius Archihoroſcopi poſita ſub Cap.4. huius, perfecta ſit operatio & deſcriptio Cœlati temperati vſque ad nonum circulum 45. eleuationis L M I V Q P X T K. qui medius eſt inter omnes circulos, & velim deſcribere domum ♉. pro Megaſtelligeri perfectione reliquorum Zodiacorum ab ipſa 45. eleuatione retrorſum procedendo vſque ad primam uerſus E. pono regulum ſemper in centro A. & ſingillatim traduco ſuper ſingulas iam datas interſectiones octo circulorum V R A, & ubi regulus interſecat circulum immediate ſuperiorem nono, hoc eſt decimum ab A. uerſus E, numeratũ, & ſic reliquos ſequentes uerſus 5. hoc eſt uerſus circulum maiorem B C D E, noto interſectiones nec plus minuſue quod feci ab V, uerſus R, & uerſus A, ut diximus in præcedentibus Cap. quod tantũ eſſet ac ſi dicerẽ transfero punctum domus ♉. de octauo circulo ad circulum decimum (relicto intacto circuli noni Zodiaco, 45. tantummodo eleuationi deſeruiente): & domus ♉. ſeptimi circuli transfero ſuper circulum vndecimum, & ita domum ♉. ſexti circuli, ſuper circulum duodecimum, & ita de reliquis eſſe faciendum intelligas, ſemper verſus E. procendo per ſucceſſiones circulorum verſus maiorem B C D E. ſuper quo deſinet vltima deſcriptio domus ♉. quæ erit ſuper æquinoctialem B C D E, cuius duodecim ſignorum diuiſiones euenient inuicem omnino æquales, reſpice operationes inter A R V S ♉. & inter A N O ♊. vbi quaſdam extendimus uiſibiles lineas repræſentantes regulum extenſum ab A. ad R. V. ♉. & ab A. ad N. O. ♊. vt uides illam R S. pro initis domus ♉. ſuper tertiumdecimum circulum translatæ de circulo quinto ad ipſum tertiumdecimum, & N O. pro initio domus ♊. Hoc documento deſcribes translationes denarum & quinarum graduum cuiuſuis alij ſigni per totum Zodiacum. Et notandum eſt quod hac methodo ſufficit deſcribere unam partem, hoc eſt, medietatem ſciographiæ, puta B C A E, vel alteram D C A E. & poſtea officio circini puncta omnia transferre ad alteram partem tam ſciographiæ quàm ſchematum Cœlatorum, quia altera deſcriptio eſt alterius ſimilitudo, & exemplar, quod ut commodius & facilius expedias ex induſtria extendimus lineam diametralem B A D. vt ſuper eam circini pedem, cum opus fuerit, firmare ualeas, quam quidem lineam poſt operationem & perfectionem Megaſtelligeri ad maiorem decorem inſtrumenti delere poteris. Vide ergo & bene conſidera lector beneuole, quia (ni fallor) hoc ingenioſiſſimum inſtrumentum noſtrum quoddam Aſtrolabium vniuerſale repræſentare videtur, & maxime ſi ei ſuum adieceris Rete, quemadmodum alias hoc idem iterum annuimus.

SCHE.

SCHEMA MEGASTELLIGERI Cherubici Catholici.

Duodecim domos Zodiaci, & duodecim Anni Menſes ſuper tribus Inſtrumentis prædictis inſcribere. Cap. VIII.

Circa circunferentiam BCDE, tot deſcribito circulos concentricos quot neceſſarios eſſe cognoſces pro deſcriptione periphæriæ 12. ſignorum Zodiaci, & 12. Menſium anni Gregoriani, quorum gradus, & dies eadem diſtribues lege, qua diximus in Cap. 3. primi Libri de Archihora.

chihorario, & vt hic per hæc exemplaria noſtra oſtendimus, ſumendo diuiſionis initium à 21. die Martij ſub initio ♈. pro diuiſione periphæriæ Megaſtelligeri, quæ fit officio circini iuxta regulam prædicti cap. 3. lib. 1. Diſtributio uero dierum periphæriæ Cælatorum practice fieri debet, quia diuiſiones domorum Zodiaci in illis non ſunt inuicem ęquales ſicut Megaſtelligeri, & ideo officio circini nequaquam fieri poſſunt, ſed poſt inſcriptionem 12. ſignorum circa 12. domos amborum Cęlatorum, ſume periphæriam Megaſteligeri, vel Archihorarij pro exemplari ante oculos, & iuxta illam dierum diſtributionem æqualem ſub gradibus ſignorum Zodiaci æqualiter diuiſi, tu practicè eoſdem dies diſtribues ſub gradibus Zodiaci peripheriç Cęlatorum inæqualiter diuiſę.

Omnes Polarium eleuationum, & gradus horarum diſtantiæ eclipticæ; atque mobile, & immobile amborum cælatorum, & Lunę horologium deſcribere, & Archihoroſcopum conſtituere. Cap. IX.

Circa limbū periphæriæ duodecim menſiū Cęlatorū deſcribendū eſt Horologium mobile, in 24. horas diſtributum, & ſupra illud pariter deſcribendum eſt Horologium immobile horarum à meridie, & à media nocte; quæ quidem bina Horologia circundentur, & includantur à periphetia graduum diſtantiæ Eclipticæ, & polarium eleuationum in quater 90. gradibus diuiſa, quorum diſtributio incipiet à parte orientis, & occidentis, & finiat in parte Auſtri, & Septentrionis, ſicut exemplaria oſtendunt. Torquis vero horariæ mobilis horologij fabricam pro Megaſtelligero, docuimus in cap. 18. primi libri, ad quod (breuitatis gratia) te mittere, lector, confidimus. Horologium tandem lunare, & menſem 29. dierum & ½. deſcribere poteris, vel circa craſſitiem ſinus, uel circa limbum ideſt periphæriam graduum, & horarum Gallicarum, modo, initium partitionis incipiat à puncto C. ſcilicet ⊙. verſus auſtrum, & deſcendat per ✠. ortum in T. Septemtrionem, & iterum reuertatur, & definat in meridiè ⊙. de quibus ſatis diximus in cap. 17. lib. 2.


Zodiaci horarij fabricam paucis aperire. Cap. X.

Fac partem circuli P B C E D. eiuſdem magnitudinis cum circunferentia ✠ O P T. alterius cælati. Deinde à puncto D. verſus C. ſupputa in gradibus limbi maximam ſolis declinationem grad. 23. min. 30. & ad finem imprime notam E. à qua ſuper A D. cadat perpendicularis E D. & poſito circini pede in puncto D. cadente de E. deſcribe quartam circuli F N E. quam in 9. diuide partes: primò in tres, deinde ſingula tertia in alias tres. Huic ſimilem, correlatiuamque facias ex altera parte circuli portionem, quæ ſit B G O H. cuius correlatiuis quartarum diuiſionibus applica regulum, incipiens à G F. verſus O N. ad H. F. & vbi regulus interſecat quartam B C. facito notas inter G. B, deinde trahe lineas A I. per E: & A K. per G. tranſeuntes, & ex puncto D. ſurgat perpendicularis D I. parallela D E, & vbi data linea D S. abſcidit A I. ab A. ad I. expande circinum, & fac partem circuli I L, & ex parte B. alteram deſcribe huic correlatiuam circuli partem K. M. & centro A. regulum applica, & per data interſectionum puncta ſuper arcu B G. trahe lineunculas ab arcu B G. ad arcum M K, & officio circini reportatis huiuſcemodi lineuncularum interſectionibus ad partem P. vel ex theorica P M A X Y. practicè fiat Zodiacus horarius P Q R S V A. omnino æqualis illi ſciographiæ K M P Y X A: Baſis enim R S V. eſt eiuſdem quantitatis, & diſtantiæ quæ eſt I K. vel P X. parallela quidem L M. Quo facto, ſecentur partes P A V X Y, ut Zodiacus horarius P Q R S V A. ſub ſtylo Z A. commodè tranſire poſſit, quando ad horologia delineanda, & conficienda eo vti opus fuerit, vt ſuo loco dicetur. Huic Zodiaco applicetur, & Axis S T. ad angulos rectos cum baſi R S V. in puncto S. vbi A S. interſecat R V. in S. Craſſitudo autem cunei S. ſit ad amplitudinem fiſtulæ centri C. vel V. alterius Cęlatorum. Longitudo uero huius axis S T. pertingat uſque ad ingreſſum in fiſtula, quæ eſt in capite arcus eleuationū, hoc eſt in 90. gradu, vt vides in Anaglyptis, vel Cataglyphis A B C. ſub cap. 13. lib. 4. & ſub cap. 21. lib. 5. De perpendiculo tandem C A Y A. paulò infra dicetur. Tabella huius Zodiaci ſit admodum plana, & omnino æqualis. In faſcia demum ſiue limbo P Q R. fiant tria foramina è tropicorum & æquinoctialis regione, vel etiam è reliquorum ſignorum, ſed & in puncto A. ex portione A S V. inuiſibile centrum A. excauetur, vt inde A.

acies

acies ftyli A Z. & perpendiculus Y A. liberè poffidere poffint punctum, hoc eft, centrum A. vt inter ipfam excauatiunculam A. & ftyli acumen A. radiu uifualis, vel filum, abfque impedimento, vfque ad parietem, dedalicè exilire, & tranfire ualeat.

SCIOGRAPHIA ET SCHEMA Zodiaci Horarij.




Zodiacum fiducialem delineare. *Cap. XI.*

ZOdiacum fiducialem formare, nihil aliud eft, nifi Zodiacum horarium ad fuam perfectam formam, hoc breui modo, reducere. Circa ergo centrum A. fiat circulus B C D E. exaffumpta diftantia A L: vel A M. de fuperioris figuræ fciographia Zodiaci horarij, & à D. verfus C. fupputata maxima folis declinatione grad. 23, & min. 30. puta in F. & duplicata diftantia D F. verfus E, in H. vniantur duo puncta F H. per lineam perpendicularem F O H. & ab O. ad punctum F. uel H. expanfo circino, defcribatur circulus F L H M. qui more folito diuidatur in duo-

in duodecim domos,& gradus de quinque in quinque. Quo facto, pone regulum ſuper binis,& binis inuicē correlatiuis quartarū F L,& F L. partib. à ſemidiametro F O. hinc inde ęquidiſtātib. & vbi regulus interſecat arcū F D H. facito notas: ſimiliter agās de denis, & quinis punctis inuicē correlatiuis,& ęquidiſtātibus,ſemp ſignādo arcū F D H. quas quidē prędicti arcus F D H. ſectiones trāſferas ſuper arcū correlatiuū K B G. Poſtea duc lineas ab A. ad prædicta correlatiua pūcta G B K. iā ex arcu B D H. trāſlata,& diſtingue duodecim ſignorū domos: eruntque duæ lineæ extremarum interſectionum duo tropici, Cācer videlicet,& Capricornus; media uerò, ęquinoctialis. Signa poſtea Zodiaci incipias per ordines ſuos inſcribere, nempe Capricornum in extrema, ac inferiori parte K. deinde Aquarium, & Piſces; Aries mediam ſibi vendicabit lineam; deinde Taurus,& Gemini; ſub Geminis verò Cancer in alterius interualli parte ſub G.& redeundo, ſub Tauro deſcribes Leonem, ſub Ariete Virginem, ſub Piſcibus Libram, ſub Aquario Scorpionem, & ſub Capricorno Sagittarium, quemadmodū omnia patēt in ſubiecta figura A G B K F D H I; ſed partem G B K. radijs ſolaribus, ideſt verſus Solem applicabis. Porrò illæ lineæ diſtinguentes ſigna,& lineolæ, quæ inter ipſa ſigna ſunt, à centro A. exeuntes, radios ſolares (Sole in illis ſignis & gradibus exiſtente) repræſentant. Poteris quoque huius Zodiaci fabricam ex declinationis ſolis abſoluere tabula, quam infra ſuo loco appoſuimus: *illa enim* docet quot gradibus, & minutis oēs ſignorū lineæ, à medio limite, hoc eſt, ab æquatoris linea, diſtēt. Tādē I E. *ſty*lū (qui ex ſuo axe, vel cuneo I. ad angulos rectos cū linea H I K. promineat) tuo diligēti fabrefacito marte. Similiter ex diametro A B C D arcū fiducialē B C D. mobilē cū ſua corda fiduciali B A D. binis fiſtulis B, & D arcui prædicto mobiliter vnita, ac tali quidē artificio hæc omnia tuo fabrefacias in ingeniolo, vt linea cordæ B D. cū linea diametrali B A D. ipſius Zodiaci, ad vnguē conueniat: & licet aliquando (cum opus fuerit) arcus circa fiſtulas moueatur, Solis tamen radium, qui per vnā fiſtulam ingredi,& per alteram exſire valeat, minimè impediat. Fac & perpendiculum probatorem, qui à puncto C. de medio arcus B C D. pendeat, & A. cordæ centrum ſuo ferire videatur acumine, ſcito enim ex hoc probatore omnem huius inſtrumenti procedere iuſtitiam.

De Archihorofcopi Cherubici
SCIOGRAPHIA ET SCHEMA
Zodiaci Fiducialis.



De fabrica


De fabrica basis Archiboroscopi Catholici. *Cap. XII.*

BAsis, arte tornatili, fiat in modum pyxidis excauata, tantæ amplitudinis (si placuerit), vt in se Archihorarij rotam, sinui, eleuationumque arcui unitã, aliquo bono modo cõtinere valeat, & conseruare, ad cõmodè secum portandum, quando placuerit operanti. Præparetur, & pyxidicula, cum sua aculeola siue lanceola, Magnete illita, & fiat ipsa pyxidicula mobilis, ut etiam intrinsecus super intrinseca linea meridiana in ipso fundo basis intrinsecus descripta (quemadmodum extrinsecus super ipsa meridiana O T. sub T.) illã accõmodare valeas ad diuersas operationes, prout opus fuerit, & infra suis locis dicetur, exequendas. Basi insuper infigantur duo indices, ex continuata materia, in modũ reguli fabrefacti, reducendique super lineã meridianã T A O, & super gradus fundamenti (sicut dioptra in Astrolabio), ad ostendendas parietũ declinationes, tale quidem confecti artificio, vt fundamenti planum, vel superficiem radant. In pyxidis operculo facies foramen oblongum, vt in ipso (presse tamen) ingredi ualeat gradus ille, siue incisio, quæ prominet cum cochleola sibi vnita in calce hastilabri, quæ quidem cochleola vsque ad centrum A. fundamenti pertingat. Centrum tamen fundamenti, non habeat femellam, siue strias intrinsecas, ad cochleam recipiendam; sed communem fistulam teretem ad acuminis cochleæ capacitatem, vt, more axis pistrinæ, in illa teretè circumuoluatur. Longitudo verò cochleæ sit tanta, quãta est altitudo pyxidis, & crassitudo gradus, seu incisionis, in qua fixa est (cõputata etiã crassitudo tabulæ fundamenti): sit tamen ipsa cochlea satis crassa, tamen fortissima, vt sub mustario circulo, vel aliquo alio quopiam ligno terebrari, & infigi facillimè possit quando horologia describere volueris horizontalia, ibique admodum fortiter, immobiliterque in ipso ligno, uel mustario circulo terebrata permaneat, ut suo loco dicetur. Sequentem respice figuram, in qua sub fundamenti schemate etiam extremam descripsimus hastilabri partem, siue incisionem illam, in qua vnita est cochlea cũ prominenti gradu. Descripsimus etiam pyxidem basis inuersam, ut inde cernas cõmodo intrinsecus pyxidicula magnetici compassi accõmodanda sit, vel alio quouis meliori modo, secundum operantis ingenium.

Fundamenti descriptionem ostendere, & Anaglyptum Instrumenti erigere. *Cap. XIII.*

CIrca datum A. centrum fiat circulus B C D E. liberę magnitudinis, qui, more solito, in quatuor diuidatur partes, & singula quarta in 90. grad. qui duplici ordine debent inscribi, & numerari, nam alter eorum ordo numerari incipiat à parte orientis, & desinat in parte meridiei, & septentrionis; alter uero ex opposito, incipiat quidem à meridie, & à septentrione, sed finiat in punctis orientis, & occidentis. Intra horum graduum peripheriam poteris (si placuerit) inscribere octo principalium ventorum nomina. Circa hanc graduum peripheriam quadratum lineabis ęquilaterum, & super 4. lateribus quadrãtis parietum nomina, vel stationes, & eorum declinationes, iuxta exemplaris normam, inscribes intrinsecus, quam quidem, ob ipsius nimiam facilitatem, tibi magis considerandã & imitandã, lector candidæ, quàm prolixiori, tediosoq; afficere documẽto, relinquere putauimus. Bistylli tandem fabricam, tuo, iuxta exempli formam, pariter statui relinquendum ingenio, sicut, & reliqua, quæ potius ad ornamentum ibi ex libera inuentione descripta cernuntur. Reliquum est Archihoroscopi nostri Anaglyptum erigere hoc modo. Accommodabis ergo Archihoroscopum super quodam sinu tali quidem artificio, ut & periphæria graduum distantiæ eclipticæ, & eleuationum polarium, & horologij à meridie, & à media nocte immobiliter sinui confixa permaneat, Rota uero mobilis horologij Italici inter prædictam peripheriam immobilem, & rotam Cælati mobilem, ita accommodanda est, vt ipsum mobile Horologiũ & similiter Cælatũ (quando opus fuerit) vel alter eorum circumuolui quidem possit, sed ipsum mobile horologium (quod inter immobile, & Cælatum inclusum est) è suo alueolo nequaquã exilire valeat. Per singulas insuper horas mobilis Horologij quidam globuli promineant, ut noctu horas tactu facilè cognoscere possis. Inter sinum autem & Archihoroscopum, hoc est Cęlatũ, infixæ sint duæ quædam fistulæ, vna in puncto orientis, & altera in puncto occidentis, quarũ altera medietas abscõdatur in crassitudine tabulæ sinus, altera uero in crassitudine tabulę peripheriæ graduũ ex aduerso, tali quidem diligẽti artificio, ut inuisibilia cẽtra fistularum diametro B A D.


ipſius Cęlati ideſt ✢. C. P. tēperati, vel ✢. V. P. torridi, diametraliter correſpondeant, ſed quędam excauatio fiat in tabellis pro fiſtulis abſcondendis intra ſinum, & haſtilabrum ne tumor axiū periphærię planitiē, & voluellarum reuolutionē impediat. Duæ alteræ correlatiuæ fiſtulæ, eiuſdem prædictarum quantitatis, una ex parte orientis, & altera ex parte occidentis ſuper angulis duorum capitellorum Haſtilabri configantur, quiquidem anguli à ſuperficie extrinſeca intrinſe-



cè tantūmodo excauentur, vt quarta pars fiſtularum immobiliter abſcondi, fortiterque in ipſo excauato alucolo firmari, nec unq̄ euelli poſſint, in quas fiſtulas angulares, & per fiſtulas Archihorarij duos teretes axiculos, (nempè orientalem & occidentalem) impones, quorum officio voluellę vniantur, & in ipſis, ut dixi, teretè ingrediantur. Centra ſuper C. & V. ſinuum, & utriuſque Cęlati excauentur, & officio centralis fiſtulæ, & præſſularum ipſi Cęlati ſinui præſſe tamen uniātur, ne admi-

ne adminimum circumuoluantur, circumuolui quidem poſſint, quando opus fuerit, uolumus, ſed cum alter eorum motus fuerit, firmiter permaneat. Fiat in Haſtilabro quædam ſemicircularis excauatio tum ad quantitatem diametri, hoc eſt mediæ Rotæ ſinus (vt in ipſa excauatione ipſe ſinus diametraliter ingredi, et totaliter abſcōdi, ſiue includi poſſit) tum etiam pro quātitate ſuperuenientis craſſiciei materiæ rotæ peripheriæ graduum (niſi fortè aliquo alio diligenti artificio prudēs artifex hoc negocium perficiat), vt ſuperficies plana Archihoroſcopi (quando in Haſtilabro incluſus fuerit) fiat una eadem ſuperficies cum ſuperficie Haſtilabri, ut inde intelligas diuiſionem graduum eleuationum ſuper arcum deſcriptarum incipere à prædicta ſuperficie Archihoroſcopi, & Haſtilabri. Fiat & ſectio quædam in medio ſemicircularis excauationis, hoc eſt ſuper feneſtrellam Haſtilabri, ut per ipſam ſectionem arcus eleuationum preſsè ingrediatur, qui quidem arcus immobiliter, fortiterque ſub ſigno T. ſeptentrionali, nempè ſub linea periphæriæ graduum ſinui firmiter uniatur. Prepara etiam quandam lunellulam, cuius cornibus arcus ſuper gradu eleuationis firmari ualeat, quam uides in Anaglypto A. appræhendentem arcum ſuper grad. 45. In medio tandem Haſtilabri fiat feneſtrella quædam oblonga, in qua diametraliter aptentur duo perpendicula, quæ rectifica dicantur, vnum ſub arcu ſuperiori, alterum uero ſupra arcum inferiorem ipſius feneſtrellæ, ſub qua in calce ipſius Haſtilabri fiat etiam quædam inciſio ad modum gradus, qui ingrediatur in oblongo foramine baſis, quemadmodum apud cochleare cernitur in Schemate fundamenti. Reliqua ex libera inuentione deſcripta cernuntur. Horum dictorum ſequentia inſpicienda, & conſideranda obtulimus tria Schemata. Finis libri huius.

ANAGLYPTA SEV CATAGLYPHA
Archihoroſcopi Cherubici Catholici.


ROTA ARCHIHORA
SINVS
DIOPTRA
AQVA
OCC.
ORI
ZONA FIDVCIALIS
A
HASTILABRV
ARCVS FIDVCIAE
B
CORDA FIDVCIAE
OCC.
ORI
45
45
BASIS
PARIES MERIDIONALIS ET FACIES SEPTENTR.
ARCHIHOROSCOPI FVNDAMENTVM
PARIES ORIENTALIS ET FACIES OCCIDENTALIS

F. CHERVBINI SANDOLINI VTINENSIS,

SACERDOTIS IN RR. PP. CAPVCCINORVM SERAPHICI FRANCISCI RELIGIONE,

DE ARCHIHOROSCOPI CATHOLICI SVI DEFINITIONE ET VSV.

LIBER QVINTVS.

Archihoroscopi nominis desfinitionem exponere. *Cap. I.*



Ostquàm Archihoroscopi nostri, quàm apertissimè fieri potuit, fabricam tradidimus, in præsentiarum ad terminorum expositiones, nempè ad totius & partium examen, & postea ad utilitates, & usus illius fælicibus properabimus astris. Archihoroscopus igitur (vt à diffinitione incipiamus) deriuatur ab ἀρχὸς Græcè, Latinè autem princeps, uel supremum, & ab ὅρος, quod Latinè interpretatur finis, & terminus cuiusuis rei, vel cuiuscumque corporis extremum; vel à σκοπός, ad quod sagittas dirigimus, vnde componitur ὡροσκόπος, idest horoscopus, hoc est, à perspectandis horis, significans eam Cæli partem, quæ hora qualibet ab inferiore Hemisphærio ab Oriente surgit, quæ & ascendens ab Astrologis appellari solet: qua ratione, nescio quare quælibet occiduarum horarum ab ortu, vel etiam 24. ab occasu, nobis vespertinus, aut occiduus, vel descendens horoscopus (est enim ortiuus Antipodis) quis prohibeat appellari. Hoc loco igitur sumo Archihoroscopum pro instrumento, quo dignoscuntur horæ, & Horologia construuntur horizontalia, & uerticalia.

Archihoroscopus noster quid sit aperitur. *Cap. II.*

ARchihoroscopus igitur est instrumentum, quo quisque, etiam rudis, horas diurnas, atque nocturnas, præsertim ab ortu, & ab occasu, per se facilè conspicere, ac insuper prædictarũ horologia horarum (earumque etiam, quæ à meridie, & à media nocte dicuntur) super omnem horizontalem, ac verticalem (etiam quoquomodo inclinatam) superficiem ad quamuis polarem eleuationem (quam eleuationem, vel per ipsum cognoscet instrumentum, uel per tabulam positam in libro 8.) facilè delineare queat. Nec sub silentio prætereundum, quod, & altitudines, & profunditates, distantiasvè quarumuis rerum, eo ipso facillimè desumere posse nequaquam ambigimus instrumento, licet de huiuscemodi operationibus minimè tractemus.

Archihoroscopi nostri partium nomina principalium quot sint ostendere. *Cap. III.*

ERecto integraliter Archihoroscopo, vt clarius, & magis absolutè eius habeantur operationes, partium nomina principalium eiusdem, & minus principalium (quæ quidem plures sunt) per ordinem describere decreuimus. Primum igitur sciendum est, hoc instrumentum habere faciem, & dorsum, facies continet quandam rotam, quę appellatur cœlatũ, vel temperatum, regionibus temperatis; vel torridũ, torridis regionibus inseruiens, qui quidem repræsentat Zodiacum nocturnum vniuersalem duodecim signis Zodiaci, ac duodecim anni mensibus, horologioque mobili & immobili, atque distantiæ æquatoris, siue umplitudinis, & polarium eleuationum gradibus circumscriptus, & ornatus; super sinu suo, & super Hastilabro, quasi super

quodam

quodam fcabello gnomonico (Archihorarij more ,) locandus. Pars fecunda eft Zodiacus horarius. Tertia eft Zodiacus fiducialis cum fuo probatore, ab arcu fiduciæ ad centrum cordæ mobiliter (dædalicè tamen) pendente. Quarta eft fundamentum declinatorium. Quinta eft bafis cum pyxide, & lanceola, Magnete illita. Sexta eft haftilabrum cum duobus rectificis, hoc eft, duobus perpendiculis, in feneftrella oblonga (quæ eft in medio ipfius haftilabri difpofita) appenfis: quæ quidem fex prædictæ partes, in tribus, fub cap. 13. lib. 4. trium figurarũ Cataglyphis A B C. vnitæ cernuntur.

Partes fingilatim exponuntur, fed primum de Rota Cælati temperati poftea de extremi tractatur. *Cap. IIII.*

COelatũ temperatũ eft quædam fuperficies, vel figura plana rotunda, regionibus temperatis inferuiens, fuper facie Archihorofcopi locanda; in cuius extremitate, fiue limbo, eft periphæria, in qua omnes diftantiæ Eclipticę ab æquinoctialis puncto, & polarium eleuationum gradus, à primo vfque ad 90. fuper fingulam quartam defcripti cernuntur: gradus tamen diftantiæ Eclipticę ab oriente, & ab occidente uerfus meridiem, & Septentrionem, denumerantur: fed polarium eleuationum gradus pro locatione, feu fixione Cælati fuper gradum eleuationis proprij locum tuo Zodiaco refpondentis ad noctu obferuandas horas, in quartam Occidentali Septentrionali T P. ab occidente uerfus feptentrionē (quemadmodũ & gradus amplitudinis ortiuę uel occ. ✠ T.) denumerari debēt. Sicut igitur limbũ effe fafciam, quæ partem ueftis ambit extremam, ita limbum noftri inftrumenti margilabrum, hoc eft, quafi marginis labrum, reliquas circundare partes ambigit nemo. Limbus hic in 360. partes, vel gradus (adiunctis modo fupradicto, vt iamiam diximus, numeris) in quater 90. diuidatur, quorum quiuis gradus, 60. min. complectitur. Ad cognofcendum autem cui eleuationi fingulus dactylion deferuiat, uide graduum fcalam, quam à puncto O. meridiei per centrum C. Cęlati (regionibus temperatis deferuientis) vfque ad punctum T. Septentrionis, fuper linea meridiei, ac diametrali Aequinoctij O C T. difpofuimus. Super Cęlato vero extremo quofdam tantum, & non omnes defcripfimus gradus apud dactyliones fuper linea O V T. quod fatis eft ad intelligendum ordinem diftributionis eorum. Super periphęriam Zodiaci defcripfimus etiam duodecim anni Gregoriani menfes, quæ quidem duæ periphęrię omnes in fe quafi in Dactylioteca includit dactyliones, à quibus nequaquam difiungi deber, uel feparari, aut circuncidi. Hæc Dactylioteca circundatur ab Horologio mobili 24. horarum Italicarum, quod ab ipfa quidem Dactylioteca (quam circundat) & ab Horologij, & graduum Periphęria (à qua ipfum mobile circundatur) circuncidi, & omnino ab eis feperari oportet. Periphęria tamen hęc continens horologium à meridie & à media nocte, & graduum numeros finui debet configi, illique inmobiliter uniri, tali quidem artificio, ut tum Cęlatum, cum mobile horologium poffint quidem ad libitum circumuolui, non tamen egredi, & exilire.

De Rota Cælati torridi. *Cap. V.*

COelatum torridum nihil à temperato differt, nifi quod omnes Zodiaci intrinfeci, fuper extrinfecos, nempe maiores circulos, propter operantis, vel propter inhabitantium illas extremas Regiones commoditatem (ut fatis in cap. de eius compofitione diximus) quadam funt tranflati viciffitudine, apud quos graduum polarium pariter infcripti funt numeri eleuationũ, quemadmodum in ipfo exemplari videre licet, ut cuius fint eleuationis ad intuitum agnofcãtur.

Megaftelligerum quid fit oftenditur. *Cap. VI.*

MEgaftelligerum noftrum eft inftrumentum planum figuræ circularis, multiplicibus circulis defcriptum, omnibus prorfus inferuiens climatibus, uti nonaginta eleuationum polarium gradus tibi apertè indicant, ad horas Italicas, & Bohemicas noctu cognofcendas exquifitiffimum. Quod fi fuper Haftulabro, ad Archihorofcopi fimilitudinem, vel fuper fcabello gnomonico, ad archihorarij imitationem, erexeris, etiam horas diurnas eo ipfo tibique terrarum cognofcere inftrumento non erit difficilè, feruatis tamen omnibus, quæ de Archihorarij vfu diximus. Hoc igitur inftrumentum eft omnino fimpliciffimum, id eft, abfq; vlla circulorum, graduum que duplicitate, uel commutatione, refertum, & ideo integrum, atque cõpletum, quod tum torridis, tum temperatis, vt diximus, regionibus commodè inferuire valeat.

De ie-

De reliquis Archihoroscopi partibus sequitur.

Quid sit Zodiacus horarius scalenus. Cap. VII.

EST Zodiacus horarius scalenus portio quædam, uel, ut propriè (crassè tamen) loquar, semizodiacus, quasi ad similitudinem trianguli scaleni redactus, cui orthogonaliter axis S T. in pũcto S. erigi debet, mundi axem repræsentans, cuius officio horaria puncta, ad describenda super planum horologia verticalia & horizonralia, venantur, ut infra patebit.

Fiducialem Zodiacum fiducialiter exponere, Cap. VIII.

ZOdiacus fiducialis, quem ad parallelogrammi formam, ferè lenticularem, reduximus, est instrumentum, quo huius nostri Archihoroscopi omnem iustitiam quibusuis aliorũ Authorum instrumentis correlatiuam esse ostendimus, in cuius veritatis gratiam, nos fiducialem appellare uoluimus: & habet axem, vel cuneum I. ad orbicularitatem centri Cęlati temperati C. & cẽtri V. Cœlati torridi, & centri S. sinus instrumenti (sub cap. 13. lib. 4. positi) præparatum. In centro insuper huius cunei erigere debes stylum I E. ad angulos rectos cum linea K H. qui quidẽ stylus axem mundi repræsentat, atque sua vmbra super horologium dorsi horas ostendat, cuius longitudo saltem vsque ad 90. gradum, hoc est, vsque ad fistulam in Capite arcus polarium eleuationum pertingat. Habeat insuper, & arcum fiduciæ B C D. cum sua corda B A D. atque probatore C A. qui è puncto C. super A. centrum Zodiaci adamussim pendeat, atque pertingat. Præpara & clauiculum, vel cochleam, vel aliquod aliud simile instrumentum, quo in cuneo I. ex parte dorsi instrumenti, tam Zodiacus fiducialis quàm Zodiacus horarius satis strictè firmentur, ita tamen, vt presse circumuoluantur, & semper ad angulos rectos cum facie instrumenti dedalicę permaneant. Corda uero ænea B A D. firmetur in puncto A. officio clauiculi, sub cuius reflexione etiam quædam constringatur præssula. Cætera tandem, nempe radium illam R, uel S. cum dioptra, quæ mobiliter axi I E. ex parte dorsi, uniri debent, ut faciliter, presse tamen, circumuoluantur, magis tuo Marte, quàm nostro rudi, crassoque perficies documento.

De Hastilabro, basi, & fundamento. Cap. IX.

HAstilabrum, quasi hastis labrum, est fulcimentum Archihoroscopi, quod etiam ad operantis libitum alio poterit diligentiori, ac meliori modo, uel pulchriori fabrefieri forma; & duos habeat perpẽdiculos rectificos, uel unum tantummodo, qui pro duobus fungatur officio, secundum operantis ingenium. Ita intelligas uelim de basi, quæ in modum pyxidis fieri debeat, cuius duo indices poteris ex lamina conficere integra continuatæ materiæ, ferè ad similitudinẽ reguli seu dioptræ, in cuius medio foramen habeat ad ingressum cochleæ, quæ est in calce hastilabri, qui quidem bindex regulus erit fidus graduum declinationum parietum ostensor. Fundamẽtum tandem habet officium fulciendi totam Archihoroscopi machinam. Super hoc fundamento descriptæ sunt omnes parietum declinationes, & octo uenti principaliores. Quæ omnia satis dicta sint de nostri Archihoroscopi quidditate. Modo ad vsum illius fęlici sidere properamus in nomine Domini.

De vsu Archihoroscopi Cherubici Catholici.

Diurnas Horas Italicas, quæ dicuntur ab occasu, cognoscere. Cap. X.

GRadum tuæ polaris eleuationis in arcu eleuationũ, cornu lunellulæ capias, & firmiter stringas, postea circunducito horariam torquem hoc est, horologium mobile, quousque hora tui præsentis diei meridiana integra, vel fracta, super lineam meridianam, uersus septentrionem (nempè super signum T. horæ XII. immobilis horologij, quæ dicitur à media nocte) collocetur. Horam tui præsentis diei meridianam, ex cap. 5. lib. 2. vel ex tabula te didicisse memenro. Quo facto reducas, & accommoda cordã fiducialem in Zodiaco fiduciali super gradũ solis tui

dici

dici: & accommodatis indicibus baſis ſuper linea meridiana fundamenti T A O. exponito Archihoroſcopum ad quatuor mundi plagas Magnetis officio ſicut mos eſt, & tamdiu uertas Zodiaci alam ſolarem verſus Solem, quouſque radios ſolis tranſire uidebis per amba foramina arcus fiduciæ, nam neceſſe eſt (ſi rectè operatus fueris) quod radius ſolis per unum ingrediatur, & per alterum exeat cordæ foramen, quod ita eſſe probabis, oculiſque uidebis, quando ſuper tuæ manus volam ſolis radium intrantem per ſuperiorem, & exeuntem de inferiori foramine, tua receperis induſtria. Hac ergo facta operatione, protinus in horologio mobili tibi apparebit hora, quam videbis ſuper mobile Horologium ſub baſæ tabellæ Zodiaci fiducialis, hoc eſt, ſub linea H I K ex parte H: nam Zodiaci fiducialis Ala I K. eſt Ala Solis, hoc eſt, quæ uerſus Solem eſt ſemper vertenda; altera uerò H I. oppoſita, eſt horarum ab occaſu ex parte H. ſemper oſtentrix. Ad inueniendam vero tui loci eleuationem polarem (præter copioſiſſimas multorum authorum diuerſas, quas tibi in lib. 8. appoſuimus tabulas in unam tantum ordine alphabetico à nobis redactam) etiam ſingulare paulò inferius afferemus documentum, quo ipſam polarem, Archihoroſcopi noſtri officio, quàm facillimè explorare poteris eleuationem.

Arcum diurnum, & nocturnum, ſemidiurnum, & ſeminocturnum, & horoſcopum matutinum horarum ab occaſu (habita hora meridiei ex tabula, vel ex Archihorario) & amplitudinem ortiuam, & occiduam Archihoroſcopi officio facillimè inuenire. Cap. XI.

ACcommodato, ut ſupra, mobili horologio cum tua hora meridiana ſuper lineam meridianam verſus Septentrionem reducta, & corda fiduciali fiducialis Zodiaci ſuper ſolis gradu firmata (Archihoroſcopo ad angulos rectos cũ horizonte firmiter ſtãte) tandiu hinc inde moueas modo Zodiacum, modo arcum fiducialẽ, (ſtante ſemper immobili corda in Zodiaco fiduciali ſuper gradu Solis, vt diximus, tui præſentis diei) quouſque probatoris A C. aculeus A. centrum A. Zodiaci feriat. Quibus paratis, &, vt dixi, Archihoroſcopo ſtãre ad angulos rectos cum horizonte (quod vtique cognoueris, ſi rectificus de medio feneſtrellæ dedalicè pependerit), hora, quam ſub ala oſtentricc, hoc eſt, ſub fiducialis ſuperficiei linea H I. uerſus occaſum in mobili inuenies horologio, ipſa erit horoſcopus matutinus, nempè hora, in qua eo die ſol abhorizonte ſurget; quo habito, ſi ab hora 24. per 22 & 23. &c. vſque ad ipſum horoſcopum horas numeraueris, quãtitatem diei cognoſcesrit ſi à prima hora noctis per ſecundam 3. 4. &c. verſus eundem horoſcopum, ideſt verſus horam ortus ſolis numeraueris horas, arcum habebis nocturnum, hoc eſt, quantitatem noctis. At ſi ab hora 24. per 23. 22. &c. horas retrorſum numeraueris vſque ad horam integram, vel fractam meridiei è regione lineæ meridianæ Septentrionalis T. accommodatam, emerget arcus ſemidiurnus, hoc eſt, quantitas tui meridiei. ſi vero numeraueris horas incipiens à prima per 2. 3. 4. 5. &c procedendo vſque ad horam mediæ noctis, quæ eſt ſub O. linea meridiana verſus Auſtrum O. explorabis arcum ſeminocturnum, ideſt quantitatem mediæ noctis. Gradus vero amplitudinis ortiuæ, vel occiduæ numerentur à puncto ortus 4 uel occaſus Pæquinoctiorum, vſque ad horam ortus ſolis ſub Ala Zodiaci oſtenſam ſuper horologio mobili.

Arcum diurnum & nocturnum, ſemidiurnum & ſeminocturnum, & horoſcopum matutinum, abſque hora meridiei ex Archihorario habita, ſolo Archihoroſcopi officio cognoſcere. Cap. XII.

DVcito cordã fiduciei ſuper gradum ſolis tui præſentis diei in Zodiaco fiduciali: & Archihoroſcopo in plano horizontali ad angulos rectos officio rectifici, de medio feneſtrellæ dædalice pendentis, accommodato, hinc inde manu leniter moueas modo Zodiacum, modo Arcum fiducialem (ſtante firmiſſimè corda fiduciali) vſquequo Probator Zodiaci pendens de medio Arcus fiducialis feriat centrum A. (ut uidere licet in Anaglypto B. & C.): quo facto reducas horã 24. mobilis horologij non quidem ſuper gradum contactum ab Ala ſolis I K. (uerſus ſolem porrigendam); ſed è regione gradus ſolis ſurgentis, hoc eſt, ſuper gradum amplitudinis ſurgentem, atque deſcriptum & inuentum ſuper altera correlatiua quarta nempe orientali. Hoc eſt dicere, ſi Ala ſolis I K. fuerit in parte oriẽtali ſeptẽtrionali, reducẽda erit hora 24. mobilis Horologij ad partẽ orientalẽ meridionalẽ ſub eadem tamẽ quantitate, ac numero graduũ diſtãtiæ Eclipticæ, ſiue amplitudinis ortiuę, aut occiduæ, quã tibi Ala ſolis I K. oſtẽderit in parte oriẽtali ſeptẽtrionali exiſtens, quę quidem Ala I K. vi probatoris ſuper prædicto gradu ſe ipſam accommodauerit. Stante

tit. Stante ergo Inſtrumento hoc modo Dædalicè accommodato ad explorandum arcum diurnum, ſiue ad rui diei quantitatem habendam, numera omnes horas, quas à 24. per 23. 22. &c. retrorſum numerando vſque ad horam integram vel fractam, quam inuenies in parte occidentali ſub eadem tamen graduum quantitate, ſub qua inuenitur ipſa hora 24. nam horarum numerus mobilis Horologij oſtendet tibi quantitatem diei. Quę ut clarius intelligas hoc ſumas exemplum, Si hora 24. mobilis Horologij reducta fuerit in parte orientali Septentrionali, oportet numerare horas retrorſum à 24. per 23. 22. 21. &c. vſque ad gradum prædictæ quantitatis, ſub Ala oſtenſæ, ſed in parte occidentali ſeptentrionali ſumptum: & ita, ſi 24. reducta fuerit ad quartam orientalem meridionalem, numerabis horas à 24. vſque ad horam integram vel fractam, quam inuenies ſub prædicto gradu diſtantiæ Eclipticæ in quarta occidentali meridionali inuento, ſicque ipſa horarum ſeries, vel numeri à 24. (hoc eſt ab ipſo gradu è regione cuius ipſe Sol horoſcopum compleuerit veſpertinum) per 23. 22. &c. numerando retrorſum vſque ad horoſcopū matutinum ſub eodem gradu amplitudinis ſurgente manifeſtabit arcum diurnum, ideſt quantitatem tui diei. Quantitas uero noctis, ſiue arcus nocturnus proſiliet ex oppoſita horarum denumeratione, nempe à prima hora mobilis Horologij per 2. 3. 4. &c. procedendo vſque ad horoſcopum matutinum, & amplitudinis gradum, ſupradicta facillima lege inuentum. Demum ſi arcum ſemidiurnum habere uolueris, denumerare incipias à 24. per 23. &c. vſque ad lineam T. meridiei ſeptentrionalem. Pro ſeminocturno uero denumeretio incipiat à prima hora mobilis Horologij uſque ad lineam mediæ noctis O. ad Auſtrum, quæ quidem duæ operationes meridiei & mediæ noctis etiam denumerando horas integrorum arcuum, hoc eſt integrorum dierum quantitatem oſtendet tibi quantitates unica tantum denumeratione, nam ſemper ſub ipſa meridiana ſeptentrionali T. videbis quantitatem ſiue horam arcus ſemidiurni, ſeminocturni uedi ſub O. Auſtrali. Per lineam meridianam hoc loco ſæpius repetitam intelligo lineam O CT. Cœlati temperati, uel O V T. Cœlati torridi, hoc eſt diametrum O T. tum Cœlatorum cum Megaſtelligeri.

Arcum diurnum & ſemidiurnum, nocturnum & ſeminocturnum horarum ab ortu cognoſcere. Cap. XIII.

VT de hac operatione breuiter nos expediamus, ne harum in tam facili quantitatum horarū cognitione tempus conteramus, dico quod quantitas noctis horarū ab occaſu ab Aequinoctiali uerſus Cancrum eſt Antiſſium, ſiue quantitas diei horarum ab ortu ab Aequinoctiali ad ad Capricornum: & quantitas diei ab occaſu ab Aequinoctio uerſum alterum tropicum, eſt quantitas noctis horarum ab ortu ab ipſo Aequinoctiali uerſus alterum tropicum. Eadem eſt intelligentia de arcu ſemidiurno, & ſeminocturno, nam alter alterius eſt exploratio, ſiue Antiſſium.

Horas diurnas ab ortu, & ab occaſu, Zodiaci fiducialis officio, perſpicere. Cap. XIIII.

REducta hora tui præſentis meridiei horarum ab occaſu ſuper lineam meridianam T. ſeptentrionalem, & corda fiduciali ſtante in Zodiaco fiduciali ſuper gradu ſolis, exponas Inſtrumentum ad quatuor mundi plagas, & conuerte Alam ſolis I K. verſus radium illius, quouſque radius intret per ſuperiorem cordæ foramen, & per inferiorem exeat, & tunc ibi ſitmato Zodiaco fiduciali, protinus ſub ipſa Zodiaci Ala, ſiue linea oſtentrice HI. proſiliet hora diurna ab occaſu, quam quæris, eamque uidebis ſuper horologio mobili. Quod ſi horas ab ortu perſpicere cupieris, non alia lege ſeruanda eſt quam ſuperior, reducendo uidelicet horam meridianam horarum ab ortu ſuper lineam meridianam prædictam ſeptentrionalem T. & facta operatione ut ſupra, habebis intentum.

Abſque Zodiaci fiducialis officio horas diurnas uidere. Cap. XV.

QVia forſitan uidebitur aliquantulum laboris perſpicere horas huius Zodiaci fiducialis officio, ideo ad hunc ſubleuandum (ingenioſum tamen & delectabilem) laborem, Biſtylli paranimus ſolarem, quem ſi è centro Inſtrumenti (ſemoto Zodiaco fiduciali) ortho-

gonaliter

gonaliter crexeris, vmbra illius oſtendet tibi horam deſideratam, modo tamen, ut diximus, horam mobilis Horologij meridianam ab ortu, uel ab occaſu ſuper lineam meridianam ſeptentrionalem T. amuſſim reduxeris, quo facto, ex umbra Biſtylli ſuper horologio mobili uidebis optatum.

Horas Gallicas, quæ à meridie, & à media nocte nuncupantur, agnoſcere. *Cap. XVI.*

HOc negocium nihil patitur difficultatis, nam accommodato Inſtrumento ut ſupra, & poſito Biſtyllo in centro Archihoroſcopi, umbra ipſius diu noctuque tibi oſtendet horas prædictas ſuper limbo Inſtrumenti deſcriptas. Sed quia multi inueniuntur Codices, in quibus abũdè tractatur de huiuſcemodi horis, ideo ad ipſos tutius remittendum eſſe lectorem exiſtimauimus, quàm ulterius plura uerba contexere, præſertim cum nos Itali de eis (communiter loquendo) vſum minimè habeamus: noſtram ergo proſequamur prouinciam.

Horas ad Lunam & ad Stellas noctu Italicè primum, deidè Bohemicè perſpicere: & ambarum Vrſarum ſciotheriam atque ſchemata oſtendere. *Cap. XVII.*

REmoue à centro Inſtrumenti Zodiacum fiducialem, uel ſtylum, & reducas Cælati tui lineã æquinoctialem, diametralemque O T. ſuper gradum tuæ polaris eleuationis inuentum in quarta ſeptentrionali occidentali P T. ibique officio Cochleæ, uel claniculi Cælatum tuum ſinui Archihoroſcopi firmiter ſtabilias: poſtea reducas horam 24. Torquis horariæ, ideſt mobilis Horologij è regione ſigni ſupra gradum Solis in ipſo ſigno tui præſentis diei ſuper Dactylionem, ideſt, ſuper circularem Zodiacum tuæ eleuationi deſeruientem inuentum, quæ quidem operatio fiat officio Dioptræ mobiliter in centro inſtrumenti aptatæ: quo facto, remoue lunellulã ab eleuationum arcu, & claude Archihoroſcopum in Haſtilabro, & extracto Haſtilabro è Baſe, manu capias illud, & noctu Cœlo ſereno eleua inſtrumentum ante oculos tuos, ac ſi illud Cœlo adhærere tentares (eodem modo, quo de Archihorario diximus), & per centrum Inſtrumenti viſa ſtella polari, reducas quàm rectius poteris Dioptram ſuper faciem lucidioris Vrſæ minoris, ideſt Plauſtri minoris, deinde à facie tua remoto Inſtrumento, numera digito globulos, quos inter Dioptram, & globulum horæ 24. inueniſti, quia totidem erunt horæ noctis. Quod ſi Bohemicè ſcire uolueris reducas horam mobilis horologij, in qua eo die ſol ſub horizonte demergitur è regione gradus Solis tui præſentis diei in Circulari Zodiaco tuæ habitationi deſeruienti inuenti, & operando, ut ſupra, etiam hoc tuum poſſidebis optatum. Si uero noctu radiante Luna horas nocturnas ſcire uolueris, accommoda Archihorarium, ut ſupra ſicut quando interdiu ad ad Solem eo uſus es, reducenda eſt tamen hora ſeminocturna è regione diei Lunæ, & poſito inſtrumento ad radios Lunares, nota horam mobilis Horologij, quia illa erit quam quæris. ſi uero officio horologij diurni plani, vel hemiſphærici nocturnas pariter habere uolueris horas Lunares, nota horam ab umbra ſtyli integram, vel diminutam oſtenſam, quam addas horas ſub die Lunæ in lunari horologio inuentis, & numerus horarum aggregatus dabit tibi horas noctis: quod ſi numerus aggregatus prædictus ſuperauerit uigintiquatuor, deme uigintiquatuor, & remanens erit numerus horarum noctis, de quibus fecimus mentionem etiam in cap. 12. & 13. lib. 2. & cap. 2. lib. 3. Sĩ uero noctu, etiam non rãdiante Luna ob nubium interpoſitionem, adhuc horas nocturnas delectaret agnoſcere, loco biſtylli ſolaris, utere Zodiaco fiduciali, quem & cordam eius hinc inde modo eleuando, vel deprimendo modo alam Zodiaci è regione corporis lunaris reducendo moueas, quouſque corpus Lunare inter nubes tuo radio viſuali per pinnicidiorum cordæ foramina inſpexeris, quo facto quàm rectius potueris, horam, quam ſub uerticali ſuperficiei fiducialis Zodiaci H I K. in mobili horologio inuenies, ſcito prope uerum illã eſſe, quam quæris nocturnam, modo horam tuam meridianam mobilis horologij, è regione lineæ meridianæ, vel è regione diei ipſius Lunæ, vt pluries diximus, reduxeris, & ſupputationem horarum feceris, vt in cap. 13. lib. 2. & hic paulò ſuperius diximus. Sed antequam ad reliquas huius inſtrumẽti noſtri operationes accedamus, noſtræ acacæ obſimathię uiſum eſt hanc ſequentem poli arctici, & ſtellæ polaris, ac lucidioris plauſtri minoris Sciotheriam, ſimulque ambarum Vrſarum integra obſimathis (practicè tamen) oſtendere ſchemata, ſiue figuras.

guras. Eſto igitur æquinoctiorum tempore ſtella polaris A. & circa ipſam circulus B C D E. nequaquàm æquatori parallelus, quem per duas diametros primò in quatuor, deinde in 24. partes vel horas diuidas, incipiens notare horam primam à linea I A Q ex parte I, & uerſus B K E. procedendo horarum denumeratio, ac iterum reuertẽs in I. deſcribes horam 24. Linea autem I A Q. protracta per Stellam A. ex 45. gradu quartarum B I C. (denumerando à C. verſus B.), & E Q D. & poſito regulo ſuper D. (angulo acuto Deltoton 1. 2. H. 3.) & ſuper puncto I. & iterum in ſtella D. & ſuper puncto K. protrahantur duæ lineæ D I. & D K. Deinde à 5, vel 7. gradu quartæ C D, à C. uerſus D. ad 7. gradum quartę E. D. ab E. uerſus D. protrahe lineam F G. & vbi interſecat lineam B A D. fiat notula H. quæ polum arcticum, 7. gradibus à linea meridiana (ſecundum aliquos) diſtantem indicabit inuiſibilem, vbi poſito vno circini pede & altero ad angulum B. expanſo deſcribatur circulus D L M N. æquatori parallelus. Quo facto numeretur diſtantia ficticij, ac immaginarij poli Zodiaci ſtellæ polaris A. à C. uerſus D. in T. & ab E. uerſus D. in V. grad. 23. min. 30. & ab uno puncto ad alterum extendatur linea T V. & vbi interſecat lineã B D. fiat notula R. quæ polum ſtellæ polaris ficticij, ac immaginarij Zodiaci indicabit. At, antequàm ad inuentionem ueri poli ueri Zodiaci deueniamus, eaſdem circuli B C D E. diuiſionum quantitates transferamus ſuper interiorem circulum D L M N. æquatori parallelum hac facillima lege; pone regulum ſemper in puncto D. quem per ſingula horarum puncta circuli B C D E. circumducens, vbi regulus interiorem circulum D L M N. interſecabit trahe lineas ſingillatim per ſingulas horas. Quo facto quæras polum ueri Zodiaci eadem lege, qua ficticium, ac immaginarium inueniſti, nempe trahendo lineam à 23. gradu, & min. 30. X. & Y. & vbi interſecabit diametralem B D. ibi in puncto S. erit punctus & locus ueri poli, ueri Zodiaci. Ad probandum uero ſimpliciter, & craſſa mineruа, quòd lucidior Vrſæ minoris ſit horoſcopus noſtris deſeruiens inſtrumentis, ibique in P. uerè ſitum habeat pro horis nocturnis ab ortu, & ab occaſu indagandis, prone regulum ſuper A. & ſuper K. ſexta hora horologij B C D E. & protrahe lineam A K P. & idem facias ſuper punctis E. & V. & inde protrahe lineam extra circulum uerſus P. & ubi interſecat lineam A K P. in puncto P. fac ſtellam Vrſæ minoris lucidiorem, quę (more noſtro) eſt ſeptima (ſecundum aliquos uero eſt prima). Quo facto, deſcribe reliquas quinque ſtellas, quæ deſcribendæ ſunt inter polarem (quæ ſecundum nos eſt prima) & inter ſeptimam hoc eſt, lucidiorem; reducẽdo eas ad formam plauſtri minoris, prout (ſic craſſa minerua) res poſtulat, & exemplar cęleſte oſtendit. Demum eandemmet demõſtrationem facito in circulo interiori. D L M N. protrahendo lineam H M O. per ſextam horam M. & alteram per Y, ideſt per 23. gradum, & min. 30. & per ⊙. interſectionem lineæ F G. cum arcu M N. & ubi linea Y O O. interſecat lineam H M O. fac punctũ O. Dico ergo obſimathis acacis, ſi ſtella lucidior eſſet in O. (iuxta poli arctici H. ſciotheriam) nequaquàm vrſa minor ſuam uideretur poſſidere ſymmetriam, & per conſequens lucidiore, illa in noſtris nocturnis inſtrumẽtis nequaquàm vti poſſe pro ſerotino horoſcopo, eo quod ęquinoctiorum tempore, cum hora 6. K. diametraliter minimè conueniret: ſed & Deltoton, ſiue triangulus ille Iſoſcelis D. 2. H. 3. ipſi Vrſæ ſchemati (ſicut eſt in Cœlo) nullo modo correſpondere poſset. Hanc obſimathię Sciotheriam nequaquam in Doctiorum, ſed in Acacum obſimatharum gratiam expoſuimus. Et quia diligenti intuitu ambas practicè effinximus Vrſas ſuper cartam, exactas ſtellarum ab inuicem diſtantias è Cęlo aſtronomicè ac geometricę ad vnguem deſumere nobis vacuum non fuit, ideo minimè de eis laborauimus. Tandem, quia omnia experimento comprobantur, noctu uidebis, quando Sol ingreditur ♎. quia tunc Vrſarum Schemata cernuntur in Cęlo, quemadmodum hic depictæ uidentur in carta, & minor extare ſupra maiorem; quando vero ſol ♈. poſſidet, tunc euenit è conuerſo, nam maior extat ſupra minorem, hocq; tempore ęquinoctiorum 6. hora noctis: in reliquis uero temporibus locum diuerſimodè mutãt ſecundum diuerſas Cęli aſcenſiones & deſcenſiones. Tandem ſi pro horoſcopo, loco lucidioris Vrſæ minoris, magis operanti quadraret vti duabus paribus Vrſę maioris, mutet manubrium inſtrumenti à linea Zenith C A E, hoc eſt, ab E, (vide figuras ſub cap. 4. huius: & ſub cap. 2. 3. & 4. lib. 6.) & ponat illud indirectum lineæ B A D. ſub B. & operando ſicut prius diximus habebit optatum, quod ſatis pro nunc dictum ſit de inſtrumentis uniuerſalibus. At ſi quis curioſius latitudines, & longitudines ac magnitudines harum minoris plauſtri ſtellarum ſcire vellet, eas in ſequenti extendimus Tabella.

TABVLA CONTINENS VRSAE MINORIS, ſiue Cynoſuræ Stellarum nomina, longitudines, latitudines atque magnitudines, quæ à Zodiaco ad illius polum Boreum vergunt.

FORMAE STELLARVM.	Longitudo. G.	M.	Latitudo. G.	M.	Magnitudo.
1 Stella, quæ in extremo caudæ, Polaris.	53	30	66	0	3
2 Sequens in cauda.	55	50	70	0	4
3 In eductione caudæ.	69	20	74	0	4
4 In latere quadrangulari.	83	0	75	20	4
5 Eiuſdem lateris Borealior.	87	0	77	40	4
6 Earum, quæ in latere ſequente, Auſtralior.	100	30	72	40	2
7 Eiuſdem lateris Borealior.	109	30	74	50	2

SCIO-

SCIOTERIA VRSARVM ATQVE POLORVM.




































































NVDA AMBARVM VRSARVM SCHEMATA.






















Ignotum polaris eleuationis gradum, Archihoroſcopi officio facillimè inuenire. *Cap. XVIII.*

REducas cordam fiducialem ſuper gradum Solis tui præſentis diei in Zodiaco fiduciali, & accommoda ipſum Zodiacum ſuper lineam meridianam Cœlati O T. Deinde hora, in qua Sol meridiem aſcenderit, accommoda inſtrumentum ad quatuor mundi placas orthogonaliter erectum, & relicto eleuationum arcu liberè diſcurrere, tamdiu eleua, aut deprime Archihorarij ſinum, cui arcus graduum eleuationum vnitus eſt, quouſque videris radium ſolarem per amba pinnicidiorum cordæ fiducialis foramina pertranſire, quo habito, cito cornu lunellulæ capias eleuationum arcum, quia gradus, quem lunellulæ apprehenderit cornu, ipſe erit tuæ eleuationis polaris gradus. Vide hanc operationem in Anaglypto figuræ A, ſub cap. 13. lib. 4.

Horologia Italica officio Archihoroſcopi, ſuper quacunque ſuperficie delineare. Sed primò quot ſint verticalium horologiorum genera oſtenditur, *Cap. XIX.*

ANtequàm ad verticalium horariorum fabricam deueniamus, quot ſint horum genera oſtēdere non erit ingratum. Sexdecim ergo genera tantummodo eſſe, ex Archihoroſcopi noſtri fundamēto facilè conijcitur, ex quib. quatuor appellabimus cardinalia, ſiue Orthogona: ſub octo uerò decliua plurima alia declinātia: quatuor tādem rectangularia vocitabimus. Orthogona, ſiue cardinalia ſunt illa, quæ orthogonaliter quatuor orbis puncta cardinalia reſpiciunt oriētem videlicet, occidentem, meridiem & ſeptentrionem: & ideo horologium rectè reſpiciens oriētem, orientale; occidentem, occidentale; meridiem, meridionale; & ſeptentrionem, ſeptentrionale appellabimus. Declinantia uero hæc ſunt, primum meridionale orientale, ſecundum meridionale occidentale: tertium orientale meridionale, quartum orientale ſeptentrionale: quintum ſeptentrionale orientale, ſextum ſeptentrionale occidentale: ſeptimum orientale ſeptentrionale, octauum occidentale ſeptentrionale: ſub hoc autem numero octonario poſita eſſe omnia alia Horologia declinantia, ſiue ſint orientalia ſiue occidentalia ſiue meridionalia, ſiue ſeptentrionalia. Rectangularia tandem ſunt illa, quæ inter duo quęque cardinalia iuſtè ſub declinatione 45. graduum cadunt, quæ à nobis in declinatorio fundamenti ſub numero 45. his uerbis, ANGVL. *RECT. notata cernuntur: ſed admodum raro, vel nunquam inueniuntur parietes, qui angulum 45. declinationis rectè reſpiciant, imo neque qui faciem ſuam habeant cardinalem ſiue orthogonam, niſi fortè conſultò fierent. Cæterum omnia horologia verticalia ab his declinantia ſub eiſdem omnino generibus inueniantur neceſſe eſt.

Declinationem parietis cognoſcere, & ad horologia uerticalia delineanda Archioroſcopum præparare. *Cap. XX.*


CVm ergo, amiciſſime lector ſuper aliquo pariete horologium delineare uolueris, accipe Archihoroſcopum noſtrum, & indicem baſis ſubdentem, ac reſpondentem faciei inſtrumenti reducas ſuper lineam T. punctum ſcilicet ſeptentrionis, ſicque inſtrumentum ad quatuor mundi cardineas plagas officio magnetini compaſſi erit accommodatum, cum quo accedas ad parietem in aliqua parte longe ab aliqua craſſa Tranſenna ferrea, vel Podio ferreo, aut aliquo alio craſſo ferro, & conſidera latus fundamenti ipſius inſtrumenti muro magis parallelum, quod quidem parieti adhæreas, & ibi manu ſiniſtra fortiter tenendo, calcandoque fundamentum parieti, dextera manu circumuolue baſim ad hanc, uel ad illam partem quouſque magnetinus compaſſus ſuper vmbram ſuam iterum reuertatur, cuius gratia baſis ad quatuor iterum mundi plagas apparcat accommodata: qua firmata, reſpice ſuper quem ex gradibus index verſus parietem ſe accommodauerit, quia ille erit gradus declinationis tui parietis, ſuper quo ipſa baſis, & index (ne amplius de loco, & gradu illo neque ad pilum demoueri valeant) officio cochleæ firmanda ſunt. Poſtea cornu lunellulæ capias gradum tuæ polaris eleuationis, uel iam captum, ſuper arcum eleuationum inuentum, firmiter ſtringas, ne amplius vſque in finem operis demoueri poſſit. Deinde ſuper aliquo ſcamno è regione ſtyli Archihoroſcopum tuo accommodabis ingenio, tali quidem artificio, & diligentia, ut acumen ipſius ſtyli pertingat uſque ad inuiſibilem centrum A. Zodiaci horarij, & ipſum inſtrumentum officio rectifici, de medio feneſtrellæ pendentis, ſtet ad angulos

rectos erectum, & latus fundamenti, verſus parietem porrectum, ſit ipſi parieti parallelū, quod, vel circini aut normę, vel gnomonis officio diligētiſſimè probare poteris. His adamuſſim ſtantib. quatuor cochlearum, vel clauiculorum aurichalcheorum officio ſuper ſcamno firmabis inſtrumentum per quatuor angulorum foramina fundamenti ne ad pilum quidem in operando illud amplius demouere ualeas, imo, ne ſtructurę ſolarium, dum hinc inde, ſicut opus fuerit, ſuper illud deambulare oportuerit, tantillum incuruari poſſit firmiter accommoda, tum etiam ne Archi horarium ab acie ſtyli deuiet.

Horologium Verticale, ſiue ſit Cardinale, ſiue decline, modo aliquo ſit meridionale, ſuper pariete poſt ſtyli infixionem faciliter delineare. Cap. XXI.

PAratis omnibus, quæ ſupra diximus, circumuolue mobile horologium, quouſque hora meridiana tropici Capricorni, quæ tuæ polaris eleuationis competit meridiano (ut exempli gratia Venetijs ſub eleuationi poli grad. 45. eſt hora 19. & $\frac{3}{4}$) ſuper lineam meridianam T. uerſus ſeptentrionem perueniat, & dum circumuolues Horologium, altera manu, ad cautelam, inſtrumentum firmiter teneas, ne tantillum moueatur de loco ſuo. Hoc facto, uerte Alam Zodiaci horarij uerſus occidentem, & acumen illius uerſus orientem ſuper 24. horam mobilis horologij, ubi firmiter ſtante, per caprij foramen reſpice, uel traducito filum, & fac ut radius uiſualis, uel filum tranſeat inter aciem ſtyli, & centrum Zodiaci uſque ad parietis contactum, ſuper quo facito punctum. At ſi 24. horam habere nequiueris, uertas Alam paululum uerſum te, & angulum Zodiaci verſus parietem ſuper horam 23. mobilis horologij, vbi firmato Zodiaco, per eundem iterum reſpice captij foramen, & per aciem ſtyli, & ubi in pariete peruenerit radius tuus viſualis nota punctum horæ 23. Capricorni; quo quidem ordine, reducendo Zodiacum ſingillatim per reliquas horologij mobilis horas, quas in eo pariete habere poteris, reliqua horaria illius notabis tropici puncta. His expeditis, pro notatione horarum æquinoctiorum, retrorſum circumuolue mobile horologium quouſque hora meridiana, quæ eſt 18. ſuper prædictam meridiei T. peruenerit lineam, deinde reducas angulum Zodiaci ſuper horam 24. uel 23. uel 22. &c. quas ex mobili horologio ad parietem notandas, & delineandas, ut ſupra habere poteris. Quo facto, circumuolue iterum mobile horologium vſque dum hora meridiana Cancri (uti Venetijs eſt 16. & $\frac{1}{4}$). ſuper prædictam meridiei horam T. ſeptentrionalem peruenerit, deinde reducas, ut prius, angulum Zodiaci per ſingulas horologij horas, ſemper proſpiciendo per foramē Cancri, & inter aciē ſtyli, & centrum Zodiaci, & ubi radius viſualis peruenerit ſuper parietem notabis puncta horaria, quę poſtquam perfeceris, terna uel bina in unam officio reguli rediges lineam, ſuos ſub unaquaque deſcribendo horarios numeros. Reliqua quæ magis ad horologij decoris complementum ſpectant, tuo perficies ingenio.

CATAGLYPHA ARCHIHOROSCOPI Cherubici Catholici ad Horologia horizontalia, & quouiſmodo meridionalia verticalia delineanda in proſpectu expoſita.


PARIES
MERIDIONALIS
STILVS
A
FILVM VEL RADIVS VISVALIS
ORIENS
45
ORIENS
B
LINEÆ HORARIÆ
RADIVS
LINEÆ HORARIÆ
HORIZONTALE
STRATVM
LAPIDE
GNOMON
PARIES SEPTENTRIONALIS

Horologia uerticalia feptentrionalia Cardinalia, uel obliqua fub Veneta eleuatione grad. 45. ante ftyli infixionem, facillimè delineare. Cap. XXII.

ACcommoda Archihorofcopum ante faciem parietis, ut fupra dictum eft, ac fi horologiũ uelles delineare meridionale, nempe cum facie uerfus feptentrionem, & cum dorfo uerfus meridiem, fiue rectè eueniat, ut fupra, magnetis officio, fiue obliquè, iuxta parietis inclinationem. Deinde reducas horam meridianam Cancri fuper lineam T. uerfus feptentrionem, & deprefsa ala Zodiaci uerfus terram, angulum uero eius uerfus parietem fuper horam 24. vel 23. uel 22. vel 21. &c. Poftea refpice per interioris tropici foramen, uel extendas filum de ipfo foramine per centrum Zodiaci ad contactum parietis tranfeuntẽ, & nota ea puncta, quę ex illa orientis parte pro horis pomeridianis habere poteris: quo facto, uerte angulum Zodiaci uerfus occafum fuper horam nonam, uel decimam, uel undecimam, &c. & officio fili, vel radij vifualis, fuperficiem Zodiaci, & lineam tropici radantis, & per centrum ipfius Zodiaci in parietem tranfeuntis, ibi nota puncta horaria. Demum reducas horam decimamoctauam. (quæ æquinoctiorum tempore femper eft meridiana), & operare vt fupra. Sicque facies de horis caprij, reducendo uidelicet horam decimãnonam, & ½. fuper meridiei lineam T. verfus feptentrionem, pofteca Zodiacum per fingulas horas mobilis circumduces horologij, & filum produces, uel radium uifualem, ut fupra abundè diximus, protrahes de Zodiaco ad parietem.

Stylum in pariete feptentrionali poft horologij defcriptionem ad angulos rectos erigere. Cap. XXIII.

POftquàm perfeceris notare in pariete omnia tum tropicorum tum æquinoctiorum puncta (ftante adhuc inftrumento in loco fuo) infige clauum, vel fruftum ligni in pariete directè fuper inftrumentum, è quo filum cum perpendiculo demittas habente cufpidem, quam in Zodiaci horarij centro dędalicè reducere fatagito, qua cufpide firmata, remoue inftrumentum, & protrahe lineas horarias; quibus perfectis, ftylum officio gnominis configito ad cufpidis perpendiculi contactum, quod (modo rectè operatus fueris) ad rectos apparebit angulos erectum. Protrahe etiam per ftyli centrum lineam horizontalem, à qua tantummodo verfus terram lineas delineabis apparentes & craffas, pro cuius exemplo fumito de lib. VII. figurã fub cap. 10. inuerfam, in qua tria in unum continentur horologia recta, fiue cardinalia, nẽpe meridionale horizontale, meridionale uerticale, & feptentrionale verticale, quod continetur intra BAD « C ß. inuerfa tamen figura.

Archihorofcopum ad horologia uerticalia feptentrionalia delineanda poft ftyli infixionem alio modo à fuperiore accommodare. Cap. XXIIII.

POffumus hoc noftro pro delineandis feptentrionalibus etiam alio modo vti inftrumento. Primum igitur ftylum ad angulos rectos configito in pariete iuxta exemplare Cataglyphi B. inuerfæ figuræ pro vt ipfe titulus his indicat uerbis PARIES SEPTENTRIONALIS. Deinde in pariete directè fuper ftylum confige paxillum, fiue fruftum ligni fatis craffum, excedens ftyli prominentiam ferè medio palmo, & à foramine ftyli diftantem ad quantitatem Haftilabri (quantitate longitudinis cochleæ in capite haftilabri in medio pyxidis infixæ excepta; eo quod ipfa cochlea tota fit in ligni frufto terebranda), quod eft, à centro Zodiaci horarij ad cochleæ cum haftilabro coniunctionem. In hoc ergo ligni paxillo totam terebrare oportet cochleam haftilabri (nequaquàm ex bafe fiue pyxide, fed tantum è fundamento extracti) tali quidem diligentia, quod centrum Zodiaci adhæreat aciei ftyli, & inftrumentum (verfa facie ad parietem) officio magnetini compaffi, in pyxidis fundo intrinfecus accommodati, ad quatuor mundi plagas directum, totum de ligno ante faciem ftyli dędalicè pendeat, de qua rectitudine certificaberis, fi perpendiculum rectificum de medio feneftrellæ videris pendentem fuum obtinere locum, & magnetinum compaffum fuam cooperire vmbram, & centrum Zodiaci aciem ftyli dędalicè fimul occupare uideb*i*s. Deinde horas mobilis

bilis horologij meridianas tam Cancri & æquinoctij, quàm Caprij super lineam meridianam T. reducito; & Zodiacum horarium (nempe Alam eius semper reducendo uersus terram, aciem uero versus parietem) circumuolue singillatim super singulas, quas habere poteris, horas, notando in pariete antemeridianas uersus occasum, pomeridianas uero versus ortum, radij uisualis, uel fili protracti officio, per centrum Zodiaci, & aciem styli iam inspectas eodem quo supra diximus modo, puncta in pariete obsignando, de qua quippe delectabili operatione magis practicando, quàm legendo certificaberis. Ad quorum dictorum faciliorem intelligentiam, secundum diuersos Archihoroscopi usus, quædam super Zodiaci Anaglypto A. uerba descripsimus, nempe PRO MERIDIONALIBVS, & illa inuersa, PRO SEPTENTRIONALIBVS. In Zodiaco uero horario Anaglypti B. descripsimus PRO HORIZONTALIBVS, & illa inuersa PRO VERTICALIBVS, ad quorum uerborum rectam intelligentiam, & ad instrumenti usum, uertendum, considerandum utendumque est ipso instrumento, quemadmodum etiam illa, ut diximus, verba, PARIES MERIDIONALIS, & illa inuersa, PARIES SEPTENTR. lectorem uidentur reddere cautum.

Parietes an meridionales, an septentrionales sint agnoscere. Cap. XXV.

ACcommoda indices basis super lineam meridianam fundamenti, indicem scilicet faciei Archihoroscopi uersus septentrionem, dorsi vero indicem versus meridiem, & admoto fundamenti latere, parieti magis accedente, siue respondente, uerte basim paulatim donec magnetinus compassus suam occupet umbram, qua firmata, si index Septentrionalis, ab integra quarta periphæriæ graduum 45. T. 45. hoc est, ab angulis rectis orientali, vel occidentali septentrionalibus (numero 45. notatis) non exierit, paries autem meridionalis rectus, seu cardinalis (modo index lineam diametralem meridionalem fundamenti possideat); velex obliquis, nempe vel meridionalis orientalis, uel meridionalis occidentalis. Eadem ratione intelligas uelim de septentrionalibus, quia si index meridionalis non exierit ab angulis Australibus 45. numero notatis, & rectè collocauerit se super linea meridionali, tunc paries septentrionalis erit rectus, idest cardinalis; si autem index, (non præteriens tamen binos Australes numero 45.) discesserit ab ipsa linea diametrali meridionali uersus ortum uel occasum, tunc paries erit uel ex septentrionalibus orientalibus, vel ex septentrionalibus occidentalibus. Si uero index ab ipsis numeris 45. magis versus ortum, aut occasum exierit, tunc paries erit uel orientalis meridionalis, uel orientalis septentrionalis: aut occidentalis meridionalis, aut occidentalis septentrionalis, sicut in lateribus ostenditur fundamenti.

Archihoroscopi officio Horologia horizontalia delineare. Cap. XXVI.

STrato lapide parato, & in eo stylo ad angulos rectos erecto, fige in terram Arcum circuli crassi, quo lacum mustarium circumstringere solemus, in cuius medio super aciem styli instrumentum officio cochleæ perpendiculariter infigas inuersè, tali quippe diligentia, quod centrum Zodiaci horarij, ut dixi, ad aciem styli pertingat amussim, & ipsum instrumentum ad quatuor mundi plagas, officio magnetis, in fundo pyxidis collocatæ, accommodatum appareat. Quo parato, reducito horas mobilis horologij, tropicis, & æquinoctijs deferuientes, meridianas è regione lineæ meridianæ, tuæ videlicet eleuationi inseruientes, & conuersa Zodiaci horarij Ala uersum te, angulo autem acuto uersus terram, per radios uisuales, uel per fili extensionem à tropicis, & æquinoctiali per centrum Zodiaci ad pauimentum protracti, notabis puncta horaria super stratum. Hac etiam lege intelligas protrahenda esse lineamenta horarum à meridie, & à media nocte, circumducendo uidelicet Zodiacum per horas super limbo Archihoroscopi distributas. Poteris hoc instrumento uti etiam rectè, nempe eodem modo quo uteris ad meridionalia uerticalia horologia componenda, & post iactatis punctis, & lineis horareis extensis, poteris stylum erigere super stratum hoc modo, an-

do, antequàm è ſtrato ſemoueas inſtrumentum accommoda perpendiculum pendentem de filo, cuius acumen dædalicè feriat centrum Zodiaci horarij, quo habito ac firmato, remoueas Inſtrumentum, & ad contactum aciei prædicti perpendiculi ſtylum erigas ad angulos rectos cum plano horologij. Reliqua uero, quæ ornamenti gratia fiunt, tuo compleas ingenio.

CATAGLYPHA ARCHIHOROSCOPI Cherubici Catholici ad Horologia Septentrionalia verticalia, etiam quouiſmodo declinantia, delineanda.

PARIES SEPTETRIONALIS

HORIZONTALE STRATVM LAPIDE

GNOMON

LINEA HORARIA

RADIVS

LINEA HORARIS

FILVM VEL RADIVS VISVALIS

ORIENS

ORIENS

B

A

STILVS

PRO SEPTENTRION



PARIES MERIDIONALIS

F. CHERVBINI SANDOLINI
VTINENSIS,
SACERDOTIS IN RR. PP. CAPVCCINORVM
SERAPHICI FRANCISCI RELIGIONE,

DE HOROLOGIIS ITALICIS NOCTVRNIS, atque diurnis singularibus ad quencumque eleuationis poli arctici gradum facillimè delineandis.

LIBER SEXTVS.

Primò de Polymorphis Horologijs nocturnis singularibus.



Horologium nocturnum, quod CRVCIHORARIVM *dicitur, ad eleu. grad. 45. describere. Cap. I.*



VNIVERSALIVM instrumentorum nostrorum theoricas postquàm præmiserimus, non alienum esse duximus sub cuiusuis Ciuitatis, uel loci polari eleuatione etiam horologiorum tam nocturnorum quàm diurnorum descriptionem ostendere. Primò igitur pro huius doctrinæ exemplo sumemus descriptionem horologij nocturni pro eleu. poli grad. 45. ad Aequituum Crucis formam redacti hac quidem facillima lege. Circa datum centrum A. fiat circulus BCDE. liberæ magnitudinis, cuius quarta BC. diuidatur in 90. grad. sumpto denumerationis initio à B. versus C. & posito regulo super electo tuæ eleuationis gradu, vtpotè 45. in F. & super centro A. protrahatur linea FAG. & ab F. quædam perpendicularis FK. inuisibilis cadat super diametrum BAD. in K. & altera FI. perpendicularis ab eodem puncto F. super alteram diametrum CAE. in I. Et animaduertas quod in omni alia maiori, uel minori eleuatione oportet officio circini distantiam FK. transportare super diametrum BA. ab A. uersus B. in K. Simili modo sumpta distantia perpendicularis FI. & posito circini pede in A. ubi alter eius pes super semidiametrum AC. uersus C. tetigerit, notetur punctus I. Sed in hac 45. eleuationis descriptione, non fit hæc linearum FI. & FK. super semidiametros AB, & AC. translatio: & causa est quia tanta est eleuatio æquinoctialis quanta est eleuatio poli, & ideo adinuicem sunt omnino æquales, de quo lectorem oportebat acacum facere cautum antequàm ulterius procederemus. Igitur super punctum I. & super K. posito regulo protrahatur tropicorum linea KHI. vsque ad contactum circuli BCDE, & ubi linea IK. intersecat æquinoctiorum lineam FAG. in H. ponatur pes circini, & altero uago expanso ad A: describatur circulus AKFI. Lineæ postea FHAG. in puncto F. tribue signum ♎, & in puncto G. opposito tribue ♈. lineæ uero


KHI.

K H I. versus I. tribue ♋, versus K. ♑. quæ quidem duo signa vnà cum reliquis decem signis extra circulum B C D E. notanda sunt. Deinde unamquamque quartam circuli A K F I. diuide in tres partes, & singulam tertiam partem in tres alias, & singulam partiunculum in decem gradus, quos quidem singulares gradus, ego ex industria tibi describendos reliqui, ne figura cōfunderetur, omnifariam illos describere oportet in Zodiaco perfecto, vt infra dicetur. Expeditus ab hac diuisione, pone regulum semper in centro H. ipsumque circunducendo per singulas circuli A K F I. diuisiones, & ubi regulus intersecat circulum B C D E. fac duodecim domorum distinctiones, & decenarum graduum notas, & vnicuique decenæ tribue proprium numerum, & unicuiq; domui proprij signi characterem, incipiens à ♎. postea ♏. deinde ♐. ♑. ♒, &c. per ordinem. Et ut uiracacus hunc facilius intelligat diuidendi modum, nos per decimamquamque 90. graduum diuisionem, lineam apparentem à centro H. ad circumferentiam B C D E. ad legentium instructionem, vt diximus, præsertim obsimatharum, protraximus, licet non esset necessarium. Duodecim ergo signa Zodiaci ęqualiter diuisi A K F I. cum decenis eorum graduum, ab ipso Zodiaco super circulum B C D E. æquatorem repræsentantē, inæqualibus, ut uides, diuisionibus reportauimus. Huic ergo Zodiaco B C D E. inæqualiter diuiso si horologium 24. horarum Italicarum circa ipsius circūferentiam B C D E. mobiliter accommodarum addideris (quasi altera sit archihoroscopi torques horaria.) efficietur horologium nocturnum Italicum, 45. eleuationi deseruiens. Nos tamen hunc Zodiacum B C D E. in horologium nocturnum ad formam Crucis hac sequēti lege reducere placuit, & ostendimus. Sed primò sciendum est quod duodecim domos Zodiaci descriptas super circunferentiam B C D E. officio reguli semper in centro A positi, & per singulas circunducti domos, & per earum diuisiones prædictæ circuli B C D E. transferre oportet in orbiculari pectore iam præparatę crucis, & postea tam per orbicularia interualla pectoris, quàm per brachiorū ipsius Crucis extrema latera distribues duodecim anni Gregoriani menses, iuxta descriptionis illius documentum super Archihorario de quo in cap. 2. & 15. primi libri. Nunc igitur ad Crucis formam uertamus circinū & amussim. Diuidatur circulus B C D E. in 24. partes æquales, & hinc inde ab unoquoque quatuor punctorum cardinalium B C D E. sumantur duæ distantiæ unius horæ & dimidiæ, è quibus ad puncta I, & K. & ad dua alia puncta prædicti I. & K, inuicem correlatiua dataq; sub D. & sub E. ex quibus quatuor pūctis datis sub B C D E. protrahantur octo lineunculæ, quatuor efficientes angula obtusa. I K. 20. 20. Deinde ab A. ad prædicta octo horaria puncta (iam quantitatis unius & dimidiæ horæ, idest graduum 22. & $\frac{1}{2}$. data) hinc inde à punctis B C D E. sumpta, protrahantur octo lineæ usque ad primam pectoris crucis circumferentiam, quæ octo efficient acutiangula, ex quibus quatuor brachia crucis procreata sunt in modum quatuor amblygoniorum isoscelium, siue scalenorum. In obtuso angulo I. aptetur quidam circellus ad crucem suspendendam: & brachium A E. manubrij fungatur officio. Excauabis tandem brachia ipsius Crucis intrinsecus, & extrinsecus, & centrum A. ut inde polarem queas perspicere stellam.

Mobile Cruciborarij horologium radigerum 24. horas continens absoluere. *Cap. II.*

SEorsum à Cruciborario radigerum fabricandum est horologium in modum stellæ, radios 24. habentis, quippe qui radij brachia crucis longitudine (pręter unū idest horæ uigesimæquartæ) minimè excedant. Hoc Radigerum ex circulo B C D E. in 24. ęquales partes diuiso desumpsimus, cui radium horę 24. cęteris reliquimus longiorem, vt noctu facilius cernatur, & sub singulo quoque radio propriū descripsimus horæ numerum iuxta cęli stellati cursum ab orientem in occidentem procedendo, vt in exemplari ostenditur. Fabrefacto Radigero, & Cruciborario ex crasso papyro, vel Orichalco, aut ex quauis aliqua alia simili materia, siue metallo, pręcidantur superflua loca. Quo facto ipsum Radigerum fistulę & duarum pressullarum officio cruci uniatur, tali quidem artificio, vt (pressè tamen) circumuolui possit, & ibi firmiter manere, nec ita facilè, immo nec abque moderata difficultate moueri. Dorso demum ipsius radigeri describes horologium diurnum, de cuius descriptione infra in tractatu de Analemmate suis locis dicètur, cuiquidem diurno horol. aptabis etiam pyxidiculam cum suo magnetino compasso, vt infra dicetur, sicut res postulat, & exemplar ostendit. Reliqua demum tuo, amice lector, perficias marte.

CRVCIHORARIVM CHERVBICVM ad horas diurnas, atque nocturnas sub eleuatione poli artici grad. 45. Italicè dignoscendas probatissimum.



De Stellhorarij descriptione. *Cap. III.*

NOcturni huius sciographia horologij, & sequentis, nihil à sciographia differt crucihorarij, quia una eademque methodo componuntur, sed differunt tantummodo forma, uel schemate: nam illud habet formam crucis, istud stellæ, sequens uero potius Rotæ, uel Trochleæ, fit igitur hoc modo. Liberæ describe magnitudinis circulum B C D E. circa datum centrum A. qui

per duas

per duas diametros in quatuor fecetur partes æquales, cuius quarta B C. A B. uerſus C. in 90. partes, ſiue gradus, more ſolito diuidatur, in qua ſuper gradu tuę polaris eleuationis (verbi gratia 45.) poſito regulo, & ſuper centro A. protrahatur Linea æquinoctialis F A G. & ab F. cadat inuiſibilis perpendicularis F I. ſuper B A. & ab eodem F. cadat altera perpendicularis inuiſibilis F K. ſuper C A. Neceſſe eſt enim F K & F I. æquales eſſe A I. & A K. In alijs uero Sciographijs ſiue Theoricis maioris uel minoris eleuationis poſitæ duæ Lineę nunquam æquales erunt. Sũpta poſtmodum F A. medietate in O. ibique ſemper poſito circini pede, & ſemper ad diſtantiã A. expanſo, deſcribatur circulus I F K A. Ponatur poſt. a regulus ſuper I K. protrahatur tropicorum Linea H I O K P. quæ pertingat uſque ad circulum B C D E, & parum amplius, ipſumque interſecet in punctis H & P. Hic autem circulus Zodiaci diuidatur more ſolito in duodecim ſigna, & unumquodque ſignum in 30. grad. de quinque in quinque, quibus ſuos applicabis 12. characteres debito ordine diſpoſitos, uti uidere licet in exemplaribus. Deinde omnes huius Zodiaci A I F K. diuiſiones officio reguli in O. centro excentrico ſemper poſiti, & per ſingulas ipſius circumducti æquales diuiſiones, eaſdem ſuper circulum B C D E. inæqualibus transferas diuiſionibus, quem iiſdem pariter obſignabis characteribus, ſicque perfecta erit Sciographia huius instrumenti, quod ad formam Stellę hac reducendum lege oſtendimus. Pone unum circini pedem in A. & altero expanſo ad I. uel K. deſcribito primum circulum I K L S, in quo tot alios etiam deſcribito circulos, quot ad interualla periphæriæ conſtituenda ſufficiunt, quæ contineant nomina, characteres, graduumque numeros Zodiaci, ac 365. dies Anni Gregoriani per 12. Menſes diſtributos, quarum duarum huiuſmodi peripheriarum concludi poteſt latitudo T O. in ſpacio unius tantum ſigni ipſius circuli F I A K. vt potè I R, uel K Q. Restricto igitur circini pede ad punctum R. intrinſecum minimumque deſcribito circulum R Q O N. intra quem, & intra circulum I K L M V. maiorem, omnes concludiſti reliquos peripheriæ circulos; & orbes. Quibus ita paratis, pone regulum ſemper in centro A, & circumducito ſuper ſingula ſigna, & gradus eorum in circulo B C D E. & ubi regulus interſecat interualla peripheriæ, iam pro tui horologij Zodiaco parata, ibi transferas de circulo B C D E ad circulum, O Q N R. ſignorum domos, ac decenas & quintas graduum, inter quas diuiſiones practicè ſignare poteris etiam reliquos gradus, ſingulares de uno in uno. Poſtea circa hunc Zodiacum deſcribito peripheriam 12. Menſium iuxta normam in cap. 15. lib. 1. appoſitam. Manubrium autẽ perficies ſuper lineam C A F. cuius brachia ſint V V. hinc, & hinc à collo S. qui ſint eiuſdem continuatæ materiæ anuli S I K L N R O Q. Mobile uero horologium (quod ſtelliferum, ſiue ſtelligerum appellamus) Italicum, ex circulo N R O Q. in 24. partes diuiſo, iuxta exemplaris formam deſcribito, in quo horas 24. deſcribes ſed radium horę 24. cęteris paulò minorem facias, ut noctę diei terminum, & noctis initium facilius agnoſcas. Hęc igitur ſtella horaria, ſiue mobile radigerum, ab anulari peripheria K O I R S N L Q. tali quidem, tum ex parte faciei, tum dorſi instrumenti ęqualiter, ac intrinſecus circumcides artificio (quaſi in modum acuti aggeris in ſuo alueolo relicti), ut ab eo exilire nequeat, ſed (preſſe tamen) circumuolui ad libitum poſſit operantis, ut cap. 18. lib. 1. de Archihorarij torque, ſiue mobili horologio diximus. Inſuper in circuli O Q N R. craſſicie in O. ubi radium horę uigeſimę quartę pręcidiſti, quendam tuo accommodabis denticulum, cuius acumen inuertes ab O. verſus T. Menſium peripheriam pertingens vſque ad dies menſium, qui quidem denticulus radat ſuperficiem pheripherię, & officium indicis exequatur, ad illum ſuper anni dies reducendum, ac circumducendum pro accommodanda mobilis horologij hora 24. è regione tui diei. Hic autem denticulus, vel index fiat ad ſimilitudinem denticuli horę 24 ſtrictior tamen. Tandem in puncto K. quendam poteris collocare circillum ad ſuſpendendum instrumentum, ac in fronte manubrij F. deſcribere poteris horologium diurnũ, & inter S, & E. magnetini compaſſi pyxidem collocare. Demum euacuabis centrum A. & 24. horarum ſpacia inter horologij radios, materiamque ſuperfluam circa anulum ſeu peripheriam, & inter duo brachia V V. illam ſimiliter pręcides materiam, & ſic tui ſtellhorarij fabricam oſtendo eſſe complendam.


STELLHORARIVM AD HORAS NOCTVRNAS sub eleu. pol. arct. gr. 45. dignoscendas peroportunum.

Trochlorarij, siue Rothorarij fabricam ad 45. eleu. ostendere. *Cap. IIII.*

DEscribe Zodiacum excentricum æqualiter diuisum, cuius æquales diuisiones transferantur super circulum B C D E. eadem lege, qua de præcedentibus diximus Horologijs. Postea describe ambarum periphæriarum interualla, debita circulorum quantitate distincta, & in ea transferas, & describes duodecim signa Zodiaci, & 365. dies Anni, sicut diximus supra. Nos hic, vt vides, duo horologia nempe A. & B. unica tantummodo operatione, vnum scilicet intra aliud composuimus. Horologium autem mobile 24. horarum A, uel B. ad reliquorum differentiam, seorsum descripsimus super Rotam A, uel B. & per singulas horas denticulos addidimus, vt noctu ad contactum digiti horas facilius enumerare ualeas. Horas uero, quæ inter 15. & 24. cadũt, & earum spacia præcidimus, ut per ea spacia (quasi per latam fenestram) Zodiacum, & mensium periphæriam aspicere valeas. Aduertas tandem, vnica sciographia, ut diximus, duo horologia me descripsisse A. uidelicet, & B. ideo Horologio A. grandiori officio fistulæ, præfulæque mobiliter copulabis Rotam horariam A. unà cum sua dioptra A. & Horologio minori, nempe B. (extracto, ac separato à maiori A.) copulabis Rotam horariam B. cum sua uoluella B. Te tamen minimè lateat oportere fabrefacere manubrium etiam horologio minori, idest Trochlorario B. sicut uides me fecisse Trochlorario maiori A. & circa illum præcidere materiam superfluam, nempe totum circulum B C D E. vsque ad anulum A K S V S. &c.

TRO-


TROCHLHORARIVM SIVE ROTAE HO-
rarium ad horas diurnas atque nocturnas sub eleuat. poli
arct. grad. 45. commodissimum.



De Horologijs diurnis, Trochlorarij dorso describendis. *Cap. V.*

POteris dorso huius instrumenti delineare horologium diurnum iuxta Analemmatis nostri Theoricas, de quibus in sequenti libello tractaturi sumus. In medietate ergo superiori inter A, & C. ipsum describes horologium, inter A, & T. locabis Pyxidiculam cum sua Magnete, quemadmodum me fecisse in sequenti exemplari uides.

DORSVM TROCHLORARII CHERVBICI cum Horologio diurno ad poli arct. eleu. grad. 45.



Usum trium praecedentium horariorum nocturnorum breuiter aperire. *Cap. VI.*

REducito denticulum, seu Radium, uel terminum horae 24. super diem tui mensis, uel super gradum Solis, quòd idem est, & noctu sustolle instrumentum ante oculos tuos, & per centrum A. inspice stellam polarem, eu ea cu cunctententiam uero sume, & inspice lucidiorem Vrsae, hoc est plaustri menoris, & ubi ipsa lucidior se locauerit circa limbum instrumenti ibi horam, quam queris, inuenies noctu nam, quam quidem oculis, uel digito numerare poteris, vti in cap. 8. & 9. libri 2. de hac operatione nos diffusius tractasse iterum uidere potes.

Quomodo haec nostra nocturna Instrumenta ad duas ultimas currus, uel Vrsae maioris stellas accommodari possint. *Cap. VII.*

SI, candide lector, magis tibi placeret uti duabus parilibus ultimis Vrsae maioris loco lucidioris Vrsae minoris ad nocturnas horas explorandas nostris instrumentis nocturnis facito in hunc modum, remoue manubrium instrumenti à linea Zenith C A E. à puncto E. & pone illud in directum lineae diametralis D A B. sub loco B. sicque linea B A D. erit linea Zenith, quae primò erat

mò erat linea orientis,&occidentis;& illa C A E, quæ primò erat Zenith, erit linea orientis, & occidentis, & habebis intentum. Reliqua operare quemadmodum diximus ſupra, nempe reſpiciendo polarem per centrum A. & duas parilias plauſtri maioris circa limbum inſtrumenti, cui poteris, ſi placuerit, aptare uoluellam, noctu reducendam ſuper prædictas parilias, vt rectius per denticulorum ſeriem horas denumerare ualeas. Hæc ſunt igitur, amiciſſime lector, diuerſa, ſiue polymorpha horologia, quæ pro humili ingeniolo noſtro, circa has noſtras ſimpliciores, imaſque inuentiunculas tibi præſtare potuimus nocturna, quippe quæ tuo lector beneuole prędulci ſupercilio reſpicere, gratoque animo recipere, & noſtræ ſimul acaciæ indulgere ne dedigneris obſecro. Vale.

Sexti libri Finis.



F. CHERVBINI SANDOLINI
VTINENSIS,
SACERDOTIS IN RR. PP. CAPVCCINORVM
SERAPHICI FRANCISCI RELIGIONE,

DE ANALEMMATE, ET VARIIS Horologiorum lineamentis.

LIBER SEPTIMVS.

Humanissimo, ac beneuolo Lectori.

NEMO est qui ignoret, amice lector, quin antiquiores Mathematici de gnomonicis non accuratissimè scripserint rationibus, ac de eis plura, quæ ad eas, scientia & agnitione, comprehendendas spectarent, tradiderint, quamuis (teste præclarissimo Commandino) uel temporum iniuria, vel hominum negligentia euenerit, vt nulla super hac materia tot clarissimorum uirorum ad manus nostras intelligibiliora peruenerint. Nam Vitruuius, qui postquam omnia eorum scripta potius deuorauit (ut aiunt) quàm legit, de Analemmate solummodo quædam pauca tetigit principia, & imperfecta, quæ sequebantur reliquit. Qua de causa solaria (præsertim Italica) Horologia describẽdi rationem nobis imperfectam Mathematici tradiderunt, & ea pauca, quæ ostenderunt, sermonis obscuritate, demonstrationum paucitate, vel tediosissima prolixitate, non absque maxima difficultate, ac temporis amissione intelligi, atque effici possunt. Nostra enim fatetur Acacia, humanissimi Obsimathes, ea, quæ in magno P. Clauij doctissimi uiri uolumine quodam, & in libro Ioannis benedicti, item in libello de Ptolomei analemmate ex Commandino vidi, plura esse quæ minus percepi, quàm quæ dedici. Hoc idem de se fatentur etiam nonnulli ingeniosissimi viri. Ob quam causam tedio affectus, ac propter tantam, maximamque in legendo temporis iacturam (ut uerum minimè celem) ἀμεριμνῶς ferens, codices proieci, meque totum Vraniæ commisi, captisque circino gnomone, & amussi, diuino me commendando, ac ducente numine (tedio, contradicentibus, atque laboribus inuitis) has paucas, quas in hoc simplici opello, amicissime lector, uides simplicissimas circa horologium compositionem theoricas, & paucas demonstrationes, uel Analemmata, admodum facili methodo expansi, quarum dignitatem cùm non mediocri utilitate coniunctam facilè perspexissem, mathematicarum etiam disciplinarum sectatoribus me gratissimum esse facturum existimaui si pro fragili posse laborassem, vt unà cum reliquis lucubrationibus nostris hunc etiam ederemus acaciæ nostræ opellum; ut inde per nos (præsertim studiosis Acacis) aliqua simplicior, breuior clarioque lux in componendis, ac per totum orbem circino, & amussi describendis Italicis horologijs solaribus, quàm facillimè ac breuissimè fieri posset, afferretur: doctis vero uiris, quanquàm ista uidenda minimè


asseram,

afferam, eis tamen etiam nulla de re in futurum dubitandi locum forsitam relinqueret. Ea itaque tantum dicemus, quæ descripsimus, antequàm Ioan. Bapt. Benedicti, uel doctissimi Christophori Clauij, siue ingeniosissimi Commandini inspexissemus analemmata, quibus cum nihilominus (quantum ad solius analemmatis nostri pertinet solam descriptionem) quibusdam (post opusculi nostri præparationem) nos paucis, tantummodo conuenisse lineamentis animaduertimus. Cæterum in Ptolomęi, ac Vitruuij volumina (vsque in præsentem diem) nunquam incidi, neque vsque huc uidi. Vt igitur in tam honesta, delectabili, fructuosa, religiosaque disciplina, eorum, de quibus supra diximus, obsimatharum commodis inseruiremus, ea, quæ probabiliora diiudicauimus (nempe de Horologijs Italicis recti tantum) in medum pro nunc id nobis onus libenter suscipiendum esse duximus. De inclinatis uero, ac de quibusdam alijs inuentiunculis nostris (uita comite) tractatulum emittere forsan minimè desperamus. Rem igitur aggrediamur.

Horologij, quod ad superficiem plenam horizontalem sub æquinoctiale sit horizontale; ad superficiem vero uerticalem sub eodem æquinoctiale sit uerticale orientale, & occidentale: sub polo uero sit uerticale meridionale, facillima lege lineamenta contexere. Cap. 1.

Circa datum centrum A. describatur in plano circulus meridianus B C D E. liberę magnitudinis, qui, ductis diametris B D, & C E. sese in A. ad rectos intersecantes angulos, in quatuor diuidatur partes. Quarta item B C. in 90. dipertiatur gradus, & à puncto B. uersus C. maxima sumatur tropici ab æquinoctiali distantia B F. grad. 23. min. 30. quæ circini officio ad reliquas tres quartas, nempe à B. uersus E. in G. & à D. uersus E. in H. & versus C. in I. transferatur. Per puncta uero F I. & G H. ab una ad alteram circunferentiæ partem duæ ducantur parallelę F I. & G H. Itaque si B D. intelligatur ęquinoctialis diameter, & C E. Mundi Axis (qui & aliquando circulus meridianus), ut C. sit polus arcticus, E, antarcticus; erit F I. tropici hiemalis diameter, hoc est eius paralleli, qui per Capricornum transit; G H. diameter paralleli tropici ęstiui qui per Cancrum. Deinde ad sumptam distantiam semidiametri L G, vel K F. posito circini pede in A. unicus altero uago describatur circulus N O P Q, circulo B C D E. concentricus, quē in 24. partes diuidemus æquales à P. uersus O, & uersus M. in N: erunt itaque omnes hinc & hinc à linea N P. diuisiones 24, quæ per lineas parallelas, prædictam O M. orthogonaliter intersecantes, uniantur; suisque 24. numeris, (12. videlicet simplicioribus pro tropico Cancri N M P, & 12. antiquioribus pro tropico Capricorni N O P) inuicem distinguantur, initium habentes denumerationis semper ab N. & finem in P; diuisionis uero incipiat ordo semper à puncto P. & uersus N. retrorsum procedendo numeri horarum notentur per ordines suos, vsque ad punctum N. Hæc sunt igitur quædam, quæ in omnibus Cæli, & analemmatis diuisionibus, & inclinationibus requiruntur lineamenta. Reliqua uero, & cuiuscunque inclinationis propria, deinceps per ordinem in processu opelli exponuntur lineamenta.


Desen-



Descensiuos horarum radios à tropicorum diuisionibus per gnomonis aciem super lineam meridianam extendere. Cap. II.


NE lineamentorum, amice lector, confundaris multitudine, seorsum ab istis circulis, circà datum centrum A. idem circulus B C D E. ac duo tropici F K I. & G L H: duoque diametri B A D. & C A E. iisdem reportentur distantiis. Parallelas item sectiones (lineam O A M. intersecantes) de superiori figura (cuius sunt) ab A. ad O. uel ab A. ad M. ad istam super ambos tropicos F K, & G L. ab L. ad G, & à K. ad F. iisdem transferantur distantiis, è quibus punctis, & semper in A. posito regulo ducas lineas radiorum descensiuorum super lineam meridianam P Q. cadentium: quæ quidem meridiana protrahenda est perpendicularis per M. & per N. (quæ sunt intersectiones radiorum descensiuorum horarum XXIII. 23. alterius tropici F K. ad alterum tropicum G L): sed ut ipsæ horæ ad unum cuius sint tropici dignoscantur intuitum, horæ Capricorni numeris antiquioribus: horæ uero Cancri numeris simplicioribus, tam super tropicorum diametris, quàm super Linea meridiana P Q. describantur, quæ quidem descriptio in reliquis sequentibus semper seruabitur operationibus ad euitandam in operando confusionem. Est ergo necesse Lineam meridianam P Q. per intersectiones M N. transire; non enim à diametro C E. potest maiori uel minori distare interuallo. Erit igitur F K. tropicus Capr ij cum duodecim horis suis: G L. tropicus Cancri cum 12. pariter horis ipsius: Aequator erit B A D. Horizon rectus C A E, transiens per styli aciem A: centrum styli O: longitudo uero ipsius A O: Linea meridiana P O Q. Centrum terræ, & Aequatoris A: Radij horarij descensiui à tropico Caprij A F K. ab acie styli A. super lineam meridianam cadentes inter O, & N: Radij uero horarij descensiui à tropico Cancri G L. sunt A L G. super lineam cadentes meridianam P Q. inter O, & M. quod nostra consueta acacia oportebat ostendere.

Tropi-



Tropicorum, Aequinoctiorumque à Linea meridiana horoscoporum distantias quàm facillimè inuenire. Cap. III.

SOlerti operanti ne pigeat describere iterum eosdem circulos & eadem lineamenta figuræ primi Cap. hoc tamen ordine: primum describe circulum B C D E. eiusdem quantitatis, postea suum concentricum F G H I. loco M N O P. Deinde accipe intercapedinem A O. figuræ pręcedentis cap. idest interfectionem Lineæ meridianæ P Q. cum æquinoctiali B D. à centro A. ad interfectionem O. quę quidem distantia A O: est eadem quæ est interfectionis parallelę 13. 23. uel XIII. XXIII. horarũ figurę cap. 1. cũ Linea M A O. sed in hac figura illæ interfectiones notentur duobus elementis O O. & posito altero circini Pede in altero O. & pariter in altero O. & uago expanso ad A. qua quidem circini expansione A O. semper seruata describes duos semicirculos æquales K A L, & M A N. quos diuides in 12. partes æquales, super quas diuisiones reducendo regulum, semper in ambabus O. firmiter retento, trahe Lineas usque ad contactũ lineæ I A G. Simili modo posito regulo semper in A. trahe Lineas concentricas ad omnium 24. XXIIII. horarum puncta circuli F G H I. (qui est circulo M N O P. figuræ cap. 1. ęqualis) quarum interfectiones cum lineis P Q, & R S. proprijs (opposito tamen ordines) horarum prędictarum 24. & XXIIII. notabis characteribus seu numeris, hoc est, interfectiones super linea P Q. notabis numeris simplicioribus, quia referuntur ad horas semicirculi inferioris G H I. illas uero à semicirculo superiori I F G. cadentes super lineam R S. signabis characteribus antiquis, prout descriptę sunt super prædicto semicirculo I F G. Lineamenta ergo diametri superioris in hac figura, inferioris instar erunt.




Horologium omni genarum horarum sub Aequinoctiale breuiter delineare. *Cap.* IIII.

DEscribito circulum B C D E. qui primi instar sit huius Analemmatis, duabus in A. sectus duabus in A. sectus diametris B A D. Aequinoctiorum, & C A E. meridiani, & duorum tropicorum P Q, & R S. Deinde sumpta distantia A C. & posito circini pede in M. describe circuli partes B F X, & D Q X. qua expansione seruata, & posito pede circini in N. duas alteras produces similes sectiones B R X, & D S X. Postea ex immediatè precedenti figura cap. 3. sume æquinoctiorum distantias de I A G. ab A, & amborum tropicorum P O Q. & R O S. ab O, & O. hoc est, intersectiones quas faciunt lineæ concentricæ in prædicta figura super lineis P Q, & R S. (ab ipsis centris O, & O. uicissim ad circunferentiam ductis), quas transferas de illa ad istam figuram super lineas T M T. & V N V: nam M T, & N V. sunt ad inuicem omnino æquales, atque parallele: similiter intersectiones horoscoporum alterius correlatiuæ partis instar erunt. Quo facto, transferas eodem modo radiorum descensus, qui sunt inter M O N. à linea meridiana superioris figuræ super meridianam huius M O A O N. & pariter super parallelas X B X, & X D X. inter F H, & G I. Postea super his correlatiuis descensiuorum radiorum punctis, translatis super lineas P R, & Q S. posito regulo protrahe decem lineas inuisibiles, lineę æquinoctiorum B A D. parallelas (quas nos ad tuam faciliorem intelligentiam visibiles extendere uolumus). Hanc translationis horoscoporum poteris etiam tantummodo gnomonis officio expedire operationem, hoc modo, adiunge angulum gnomonis puncto radij descensiui puta M. & altero latere extenso super Linea meridiana M N. alterum uero latus extende per arcam horologij uersus ortum uel occasum super punctum F, uel I. huic correlatiuum, quo firmiter stante, sume circini officio di-

ficio distantiam O P. uel O R. eiusdem horæ, puta 23, uel x x I I I, uel 13. aut x I I I. ex horoscoporum descensiuorum tropicis præcedentis figuræ cap. 3. & ab angulo gnomonis M, uel N. expando circini pedem apud latus ipsius versus ortum vel occasum, & vbi pes circini super campum horologij ceciderint noto punctum horoscopi horæ 13. x I I I. uel 23. x x I I I. cuiusuis tropici, etiam absque lineę inuisibilis T M T, & V N V. protractione: quo facto retraho angulum gnomonis super punctum radij descensiui horæ 14. x I I I I. uel alterius tropici 22. x x I I, ab M. uel N. uersus A. (stante vno latere semper super linea meridiana C M A N E. & altero pariter extenso & firmato super correlatiuo horario puncto ad ortum uel ad occasum,) & sumpta horoscopi distantiā eiusdē horæ 13. x I I I, uel 23. x x I I I. ab ipsa pręcedēti figura de linea P O Q uel R O S. transfero super parallelam inuisibilem illi horę deseruientem super hanc figurā, uel apud latus gnomonis extensum per campum uersus ortum uel occasum. Hac eadem lege reliquos omnium reliquarum horarum horoscopos ex prædicta figura præcedentis cap. ad istam uelim intelligas esse transferendos. Demum protrahe lineas horaria ponendo regulum super tria data puncta nempe amborum tropicorum & ęquinoctialis, quæ (modo rectè operatus fueris) in unam necesse erit incidere lineam. Hæc tot superflua proiecimus uerba, non quidem ad doctiorū instructionem (quorum corrigiam calceamenti soluere me fateor esse indignum), sed ad maiorem acacorum intelligentiam huius sciographiæ, cuius horologii hanc inspice figuram.

HOROLOGIVM AD SVPERFICIEM PLANAM
Aequinoctialis horizontale, & sub polo verticale: item orientale & occidentale verticale sub Aequinoctiale.



Quomodo horarum omnigenarum horarum numeri super hoc Horologium æquinoctiale sunt describendi. Cap. V.


LIcet nos super hoc Horologio numeros horarum Italicarum tantummodo descripsisse uides, lineamenta ipsius tamen Horologij omni horarum generi deseruiunt. Nam si superscribere uolueris numeros horarum ab ortu, & horarum inæqualium (quæ etiam planetarum nuncupantur) incipiendum est à prima linea horaria TLV. occidentis, & uersus orientem procedere, illi ergo ascribas numerum I: secundæ uero lineæ tribue secundum numerum sic II: Tertiæ III. & ita deinceps per ordinem vsque ad ultimam TKV: versus orientem, cui tribuendus est numerus XI. Quod si horarum ab occasu numeros lineis tribuere uolueris, prædictæ TLV. adscribe 13. sequenti 14. & ita reliquis tribue numeros sequentes usque ad lineam TKV. cui conuenit numerus 23. Numeri uero horarum à meridie & à media nocte (quæ etiam æquales, æquinoctiales, Gallicæ ac Theutonicæ nuncupari solent) primæ lineę prædictæ TLV. (procedendo, ut diximus ab occasu uersus meridiem, & ortum) tribue horam VII. à media nocte; secundæ lineæ tribue VIII; tertię IX, & ita deinceps usque ad meridianam lineam CAE. super qua describendus est numerus XII: postea immediatè sequenti tribue I. deinde II. &c. per ordinem vsque ad lineam TKV. cui tribuendus est numerus horæ V. à meridie. Lineæ uero CAE. meridianæ adscribendi sunt quatuor genera horarum numeri sequentes, numerus 6. qui horæ meridianæ horarum ab ortu idest Bohemicarum; numerus 18. qui horæ 18. meridianæ horarum ab occasu numerus VI, qui horæ meridianæ horarum inæqualium, alias planetarum: & numerus XII. qui horæ meridianæ horarum à media nocte, & primæ à meridie horarum Gallicarum. Omnium ergo generum horas in hoc tantummodo Horologio æquinoctiali ad inuicem esse quantitate, & distantia omnino æquales, atque parallelas, in unamque horariam unamquamque earum simul conuenire lineam, nihil dubitandi relinquitur locus.

Hoc Horologium Italicum æquinoctiale esse sub ipso æquinoctiali primum Horizontale, deinde Orientale, tum occidentale uerticale: & sub Polo esse tantum modo uerticale meridionale omnium horarum facillimè ostenditur. Cap. VI.

SVb ipso Aequatore hoc Horologium erit horizontale si ad quatuor mundi plagas super stratum horizontis parallelum descripseris illud. Medietas autem eius erit Horologium Orientale & Occidentale uerticale sub ipso Aequinoctiali, quando igitur erit orientale Italico more, tunc linea CAE. quę in horizontali est meridiana, erit linea styli, horizonti parallela, & horæ 12. Italicæ ortiuę; secunda linea uersus terram deseruiet horæ 13, tertia, 14; quarta. 15, quinta, 16; sexta, & vltima linea apud terram erit horæ 17, & ita omnes lineę erunt parallelæ horizonti. At si ad occasum illud accommodaueris, uerticaliterque erexeris, linea terræ uicinior deseruiet horæ 19; sequens, 20, altera (sursum procedendo) 21; postea quæ sequitur, 22; altera. 23; ultima tandem, quę & horizontalis, & styli dicitur erit horę 24. Si horas à media nocte huic horologio uerticali adscribere uolueris, primæ lineæ, quæ est styli, tribue numerum VII. secundæ VIII, & sic per ordinem procedendo, ultimæ apud terram tribues numerum XI. Si ad occasum illud uerticaliter erexeris secundæ lineæ post stylum tribue I. tertiæ II. quartæ III. &c. ultimæ uero, quæ est uicinior terræ, tribue V. Si tandem huic horologio uerticali orientali horas planetarias adscribere uolueris primæ lineæ post stylum tribue I. tertię II. quartę III, &c. vltimæ terræ uiciniori tribue V. Si occidentale uolueris pro horis planetarijs, lineæ viciniori terrę tribue VII. Secundę uersus stylum tribuæ VIII; deinde sequenti adscribe IX, &c. lineę uero styli tribue XII. sub Polo tandem hoc Horologium erit uerticale meridionale, & septentrionale Italico more, si tamen primę lineæ TKV. adscripseris horam decimamtertiam, sequenti decimamquartam, &c. procedendo uersus ortum. Quod idem faciendum intelligas pro septentrionali.

Italici horologij horizontalis & uerticalis meridionalis, & septentrionalis uerticalis sub elenatione poli arct. grad. 45. delectabili methodo initia contexero. Cap. VII.

EX Aequinoctialis horologij, atque polaris descriptione soluti, aciem uertamus ad horologiũ Italicum eleu. grad. 45 Circa datum ergo centrum A. describatur circulus meridianus B C D E. liberę magnitudinis, & datis diametris, B D, & C E. sese in A. horthogonaliter intersecãtibus, quarta D C. more solito diuidatur in partes, uel gradus 90. & à puncto orientis D. ad C. sumatur eleuatio Axis mundi gradibus 45. in G. similiter à C. ad B. sumatur eleuatio Aequinoctionalis gradibus pariter 45. in H. ita ut H I. sit ęquinoctialis; F G. uero Axis transiens per cẽtrum mundi A. Ex punctis autem H, & I. hinc inde sumantur quatuor portiones graduum 23, & min. 30. uidelicet H K, & H L. hinc inde ex parte H: ex parte uero I. I M, & I N, ita ut H K. sit (ut dixi) partium eiusmodi 23. min. 30. sicut & H L: ita I M, & I N. Per puncta H I. L M, & K N. ducantur tres lineę inuicem parallelę: itaque si H I. intelligatur æquinoctialis diameter, & F G. Axis mundi, ut G. sit polus arcticus, F. antarcticus, erit L M. tropici hiemalis diameter, hoc est paralleli eius, qui per Capricornum transit; K N. diameter paralleli, qui per Cancrum; & B D. diameter horizontis, qui per A. styli aciem, centrum mundi repręsentantem. Deinde sumpta distãtia V K, & posito pede circini in A. circumscribatur circulus R γ β α S δ. descriptus quidem circa diametrum Cancri K V. ad centrum tamen A. concẽtrice reportatam. Eligamus modo styli quantitatem, quæ (ut magis ad sciographiæ symmetriam, atque decorem fiat) sumatur numerata distantia quatuordecim graduum ab E. uersus D. in P. & eadem à C. uersus D. in O. transferatur distantia, & per hęc duo puncta protrahatur linea O P. meridiana, quæ in ε. orthogonaliter secabit horizontem B A D, & in Q. Aequatorem H I. ad quam sectionem Q. detur ęquinoctialis R S. linea, quæ meridianam O P. orthogonaliter secet in Q, & sit parallela diametri B A D. Deinde sumetur etiam distantia T V. quæ reportetur ab A. uersus C. in X: & similiter sumpta altera distantia Q A. reportetur ab X. uersus A. in Z, & uersus C. in Y: & per tria puncta X Y, & Z. protrahantur tres lineę ζ Y π. ε X υ, & ο Z ω. diametri B A D. parallelæ, quæ orthogonaliter lineam C E. in punctis X Y Z. intersecabunt. Itaque si ε X υ, intelligatur horizon horoscoporum ęquinoctialis, erit ζ Y π. horizon horoscoporum Cancri; ο Z ω. uero linea, quæ per Z. Capricorni, eleuatio tandem gnomonis A ε, quod oportebat ostendere.



Aequinoctiorum, & tropicorum horoscopos faciliter explorare. *Cap. VIII.*


Diuidatur circulus R γ α S δ. in 24. partes æquales incipiendo ab æquinoctialis puncto occidentali α, vbi notetur hora 24. vtriusq; tropici bino numero sic XXIIII, & 24. à quo retrorsum procedendo tam uersus meridiem β. quàm uersus septentrionem δ. finem faciendo uersus orientem γ. describes reliquas horas, quas per diuisionum puncta habere, ac distribuere poteris usque ad lineam horizontis æquinoctiorum α x γ. semper in γ. deficientes. Horæ autem numeris descriptæ antiquis, erunt tropici Capricorni; numeris uero descriptę simplicioribus, Cancri. Ad quantitatem postea XY. posito altero pede circini in centro Y. & altero pede expanso ad X. describatur semicirculus N x Q. qui in 12. partes diuidatur æquales, per quas à centro Y. ad horizontem ε υ. decem lineæ concentricæ procedant, primamque earum ex parte ε. signabis numero XXIIII. Secundam uero uersus lineam C X E. notabis numero XXII, & ita retrorsum procedendo usque ad υ. reliquas horarum ęquinoctiorum perficies notationes, quas habere poteris tantummodo usque ad XIII. inclusiuè, duodecimam uero, & uigesimam quartam (cum sint horizonti parallelæ) minimè habere possumus: deinde posito regulo ac firmiter retento semper in centro X. circunducas illum per singulas 24. horas totius prædicti circuli α β γ δ. & ubi intersecabit horizontem horoscoporum Capricorni ο z ω. notabis puncta, & horas numeris antiquis, correspondentes horis portionis arcus Capricorni α β γ. simili modo ubi regulus intersecabit horizontem horoscoporum Cancri ζ Y τ. notabis horarum intersectiones, & numeros elementis simplicioribus ad imitationem horarum portionis arcus Cancri α δ γ. Postremo iterum à prædicti circuli horarij α β γ δ. 24. diuisionibus quędam perpendiculares inuicem parallelæ ducentur inuisibiles super diametrum C A E, & ubi ipsam secant notabimus puncta, quę & ipsa proprijs numeris correlatiuis simplicioribus, & antiquis pariter connotabimus,

vt uides

ut uides in præcedenti figura. Hęc igitur sunt quę in omnibus Cęli inclinationibus requiruntur lineamenta analemmatis, additis quę hic proximè sequuntur.

Radios horarios à tropicis per styli aciem ad lineam meridianam proijcere. *Cap. IX.*

ESto circulus meridianus B C D E. eiusdem supradictæ figuræ quantitatis, in qua H I. sit æquinoctialis diameter, F G. axis mundi; K N. diameter paralleli Cancri, cui ad latur L M. paralleli diameter Capricorni; B D. diameter horizontis, C E. uerticalis; sit & gnomon A ε. ei erectus in ε. ad horologij planum, quod per lineam horizontis B D. transit: Centrum styli sit ε: acumen autem eius sit A. centrum mundi repręsentans; linea tandem meridiana sit O ε I. Pars ipsius Zodiaci supra terram tropici scilicet Cancri T K: caprij uero π L. eiusdem quantitatis præcedentis figuræ: B. autem oriens; C. meridies; D. occidens; E. autem septentrio. Radij insuper descensiui L π A, & K T A. cadentes per A. super lineam meridianam O ε T. Isti autem radij descensiui sumuntur ex pręcedenti figura hoc modo: sectiones inuisibilium parallelarum ab horis 24. è circumferentia super diametrum C E. inter X, & β. cadentes, officio circini ab ipsa X. ρ. reportentur super tropicum Capricorni, π L. huius figurę. simili modo sumantur de linea β X δ. intersectiones inter X δ. ex præcedenti figura, & tropico Cancri T K. huius figuræ applicentur, & super hæc omnia tropicorum L π, & K T. puncta ex A. deducto regulo (semper tamen in ipso A. firmiter retento) protrahas ab ipsis horarum punctis per centrum A. ad lineam meridiana radios K A. L A. & reliquos descensiuos, quos proprijs signabis horarum æstiuarum, & hiemalium numeris simplicibus, & antiquis, iuxta pręcedentis, & sequentis figurę normam, sicut me fecisse uides hinc, & hinc à lineis tropicorum K T. & L π.




De Analemmate Cherubico

Horologium Italicum horizontale, & uerticale meridionale, ac septentrionale rectum, unica admodum delectabili operatione, delineare facillimè ostenditur. *Cap. X.*

QVàmuis hæc operatio, carissime lector, ex se sit admodum facilis, tamen his, quæ dicturi sumus, attentum opsimathem esse velim. Igitur per capitis 7 figuram inuentis horoscoporum à meridiana distantijs: & per immediatè superiorem habitis è tropicis horarum radiis super ipsam meridianam descensiuis, restat post circuli B C D E. descriptionem, & diametrorum B D. C E. F G. H I, & lineæ meridianæ O P, æquinoctialisque ✝ P. (meridianam intersecantis in Q) eiusdem superiorum quantitatis omnia illa puncta ab illis duabus figuris oportet super hanc sequentem circini, ac gnomonis officio ad sua transportare loca, de qua quidem operatione hoc sequenti modo te cito expedies, E linea meridiana O ε T. immediatè præcedentis figuræ transferas omnia radiorum descensiuorum puncta super meridianam L O ε Q P O T. huius figuræ. Deinde accepto Gnomone, siue Norma (vulgo Quadra), quam dædalicè huic lineæ meridianę O Ω O adhæreas, acceptisque circini officio horoscoporum distantijs de lineis horoscoporum Cancri & Capricorni horizontalibus, ξ T. & ω hinc inde à linea Y X Z. figuræ cap. 7. illas singillatim transferas ad hanc è radiorum descensiuorum O Ω O. regione, ponendo vnum circini pedem in aliquo puncto descensiuo, iam super lineam meridianam prædictam O Ω O. dato, altero uero pede versus orientem, uel occidentem apud alterum Normę latus expanso, notabis punctum horizontalis latitudinis illius horoscopi, à linea meridiana distãtis, & proprio munies numero, sicque faciendum est, de reliquis punctis latitudinum, siue distantiarum horoscoporum tropici Capricorni, æquinoctialis, & Cancri, ab illa cap. 7. figura ad istam sequentem transferendo figuram. Postquàm ergo eadem lege omnium horarum tam Cancri quàm æquinoctialis, & Capricorni terminos notauerimus, terminum siue horoscopum horæ 23. Cancri cum horoscopo horæ XXIII. Capricorni, per æquinoctiorum horoscopum horæ 23. æquinoctialis transeuntem, vnica unies horaria linea; sic & terminum horæ 22, & 21, & cæterarum horarum, & æquinoctiorum cum termino siue horoscopo horę XXII. XXI. XX, & cæterarum Capricorni, ductis lineis, copulabimus, & eodem modo de reliquis vsq; ad 13. faciemus: duodecimæ autem horæ lineam à dato horoscopi Cancri puncto protrahes per horizontem B D. in infinitum. Vndecimæ uero horæ ante meridianæ lineam hoc protrahes modo, posito regulo super horoscopo ipsius Cancri, & extenso ad intersectionem horę 23. æquinoctionalis, ab ipso horoscopi puncto protrahe lineam horariam uersus occasum ferè in infinitum. Decimæ horæ lineam hac eadem lege protrahes ponendo regulum super puncto eiusdem horoscopi Cancri, & super intersectione horæ 22. cum ęquinoctiali. Nonæ uero horæ lineam protrahes ponendo regulum super horoscopo ipsius Cancri, & super intersectione æquinoctialis cũ linea horæ 21. quam protrahes in infinitum. Reliquas horologij lineas, ac numeros, & denique horologium ipsum absoluemus, vt infra suo loco dicetur. Sed antequam ad hoc opus accedamus manum, moneo lectorem (qui Gnomonis, hoc est Normę, usum non haberet, vel ea careret) loco Normę, illas me extendisse quatuor lineas α β. γ δ. β δ, & α γ. quibus quadratum α β γ δ. descriptum ac perfectum est. Super superiorem & inferiorem lineam (horizonti & æquinoctiali parallelas) transtuli horoscopos de figura cap. 7. nempe super β α. lineam superiorem transtuli puncta distantiarum horoscoporum Cancri ζ τ ν: super δ γ. vero inferiorem Capricorni o z ω. super laterales α γ, & β δ. (lineę meridianę O Ω O. parallelas) radios transtuli descensiuos, quemadmodũ super meridianam, versus ortum & uersus occasum: descensiuos quidem meridianę O Ω O. (notatos uersus ortum) transtuli super meridianę parallelam ad ortum β ✝ δ. alterum è regione alterius: & similiter descensiuos meridianę (uersus occidentem notatos) vnum è regione alterius transtuli super parallelam α P γ. ad occidentem: quo facto, & posito regulo super punctis correlatiuis eorũdem descẽsiuorum traho lineas inuisibiles per planũ horologij, super quibus officio circini exploraturus & habiturus sũ horoscoporũ distantias. Nã, exẽpli gratia, sumo horoscopos capi 1j de linea septentrionali γ T δ, & inuisibilibus punctis super lineam transfero ęquinoctialis ✠ Q P, & posito regulo super istis ęqualibus, & inuicem correlatiuis punctis, vbi regulus intersecat lineã inuisibilem radij descensiui illius horę, cuius horoscopum exploro, noto punctum, sicque etiam absque Normæ officio, hoc poteris ingenio, tuum habere intentum, ac si ipsius Normę uteieris auxilio.

Modus



Modus inscribendi horarum numeros è regione linearum horologij: & quomodo eo, non modo Italicè, sed etiam Bohemice siue Babilonicè uti possumus. Cap. XI.

AB inscriptione linearum horologii expediti, restat vnicuique lineæ horariæ suos tribuere horarios numeros pro ut operanti horologio uti placuerit. Quod si super planum horizontis eo elegeris Italicè vti, horarum numeri hoc inscribendi sunt mo[d]o: primæ lineæ versus orientem inscribes numerum XXIII, uel sic 23: secundæ, versus meridiem procedendo, tribue numerum XXII, vel 22. Tertiæ, XXI, uel 21, & sic retrorsum procedendo vnicuique lineę horariæ tribues præcedentem numerum vsque ad lineam horizontalem B D. cui quidem tribuitur XII, vel sic 12. quam sequatur XI. vel 11. usque ad X. uel 10. tantum, eo quod lineam horæ nonæ, propter plani angustiam, habere nequiuimus. Si uero super verticali superficie, orthogonaliter erecta ad meridiem, huius horologij lineamentis vti libuerit, horarum numeri hoc inscribendi sunt modo, primæ lineę versus occidentem (nam pars orientalis horologij horizontalis efficitur occidentalis in horologio verticali) tribue numerum antiquum XIII, uel simplicem 13, secundæ, procedendo versus meridianam, tribue XIIII, uel sic 14. & sic ita per ordinem procedes vsque ad lineam horizontalem D. quæ per ¹. styli centrum transit, cui inscribendus est numerus XXIIII. vel sic 24. Si autem operans Bohemicam vellet horarum inscriptionem super horizontis plano, oportet opposito ordine inscribere horologium, nempe lineamenta orientalia meridionalia amussim ad occidentem conuertere, & occidentalia meridionalia ad ortum, quo

facto,

facto, illi lineæ, cui in horizõtali Italicè tribuisti numerum XXIII. tribue I: sequenti II: postea III, & ita deinceps. Sed si super planitiem verticaliter erectam hoc Bohemicè vti placuerit Horologio, describas illud opposito ordine ab Italico more, quo facto, lineæ, cui Italicè tribuisti numerum XXIII, adscribe numerum I. horæ primæ ab ortu Bohemico more: & loco XXII. Italicè, tribue II. Bohemicè. & ita deinceps. Hac igitur eadem lege cuiuscunque alterius eleuationis Horologij Analemma describendum esse non erit difficile solerti operanti cognoscere.

Ex horologio Italico Gallicum horizontale ac uerticale extrahere, & super ipso Italico, miro, ac facillimo describere modo. Cap. XII.


POne regulum super ♌ intersectione videlicet Axis mundi FG. cum linea meridiana OP. & illum circumducas super singulas decem intersectiones linearum cum æquinotiali ♎ QP. ipsius horologij, & inde quantum in longum placuerit protrahe lineas. Postea lineæ meridianæ tribue XII: primę uero lineæ à meridie uersus ortum tribue numerum I. primæ uero à meridiana uersus occasum tribue XI, & deinceps reliquos hinc inde à linea meridiana tribue numeros horarios per ordines suos: quos quidem numeros ordine inscribes conuerso super horologium uerticale: sed quia de hac tam facili horologiorum inscriptione satis abunde multorum pleni sunt codices, ideo de eis in hoc nostro missas faciam opello, & ad reliqua prosequenda nostrum uertamus eloquium.

Instrumentum, quo horologia verticalia sub æquinoctiale facillimè componuntur practica lege simpliciter describere. Cap. XIII.

PRębuisse tibi, candide lector, Archihoroscopi nostri vniuersale instrumentum ad horologia verticalia, & horizontalia componenda exquisitissimum minimè contenti, nobis ultrò præbere placuit etiam hoc singulare instrumentum, quo horologia sub illa polari eleuatione ad quã fabrefactum fuerit delineare possimus, cuius primò sub æquinoctiale facillima talis est instrumẽti descriptio. Circa datum centrum A. liberæ describatur magnitudinis circulus occultus FPGQ. eiusque diameter sit FAG. quæ in duodecim partes æquales diuidatur. Deinde à punctis F. & G. vtrinque uersus P. & Q. numerentur gradus 17. è quibus duas rectas HI, & KL. protrahas, diametro FG, parallelas. Postea describatur circulus BCDE, &c. Vel immediatè (absque inuisibili circulo FPQG) incipias à paruo circulo BCDE. quem mox duabus quadrabis diametris. Sit igitur CE. diameter perpendicularis, & BD. diameter transuersa diametrum CE. orthogonaliter intersecans in A. vsque ad F, & ad G. in longum liberè protracta, cui quidem rectæ FG. dentur duæ parallelæ HI, & KL. hoc ingenio, eadem circini expansione AB. posito altero pede super linea FG. in F. deinde in G. describantur illæ quatuor arcuum portiunculæ HI KL, & posito super eis regulo protrahe parallelas HI, & KL, quæ per C. & per E, transire oportet. Prætetea quartam BC. in 90. diuide gradus, & totum circulum in 12. æquales partes. Igitur si hanc inceperis theoricam à circulo inuisibili FPGQ hinc inde à linea horæ 18. super prædictas parallelas HI, & KL. reportabis distantias diametri FG. tam uersus H, & uersus K. quàm uersus I, & L. Quod si relicto hoc primo partitionis modo, & accepto secundo, ut dicetur infra, quantitas distantię AN. (qua diameter FG. in 12. diuiditur partes) hac exploretur lege, nempe, acceptam quartæ BC. trigintatrium partium intercapedinem à C. uersus B. in M. eam utrinque ab A. in N. versus F, & in O. versus G. sexies ab A. reportare satage, factis ad circini contactum super ipsa FG. 12. notis. Idem facito super duabus tropicorum parallelis HI, & KL, & à singulis punctis lineæ HI. trahe lineas horarias ad correlatiua puncta notata super linea KL. quæ quidem (modo recte operatus fueris) per puncta lineæ FG. ęquinoctij transire erit necesse. Deinde lineis adscribe horarum numeros incipiens à linea HFK. cui tribues numerum XII, & procedendo uersus G. secundæ lineę horariæ tribue XIII, tertiæ XIIII, & ita deinceps usque ad IGL. super qua cadet numerus XXIIII. Demum cuique domui ipsius Zodiaci BCDE. tribue proprium signi characterem, puta in B. signum ♎. in D. ♈. in C. ♑. & in E. ♋: reliqua uero signa per ordines suos distribues secundum exemplum. Tandem per tropicorum, & æquinoctialis intersectiones quædam foramina facies ad protrahendum filum per ea. Poteris etiam si magis placuerit

placuerit eadem foramina facere etiam per singulas linearum intersectiones ad describenda super parietem duodecim signorum initia, siue ingressus. Reliqua facias secundum exemplar nostrum.

QVATVOR PORTIONES, SIVE instrumenta ad horologia Italicè componenda commodissima, sub æquinoctiale, sub eleu. poli graduum 15. 30. & 45. practica & simplicissima lege descripta.



Duobus modis sub quacunque poli eleu. instrumentum prædictum inscribere, quo Italica horologia verticalia facillimè componuntur. Cap. XIIII.

PRimo modo, præparato ac diuiso Zodiaco B C D E, liberę quantitatis, ut supra, numera à C. uersus B. eleuationem poli, puta gradus 15. uel 30. uel 45, & ad eius finem trahe lineam ab A.

ab A. quam signabis numero horæ XVIII. quæ per centrum A. transeundo pertingat à parallela HI. tropici ♑ ad parallelã KL. tropici ♋. Deinde à C. uersus B. accepta trigintatrium grad. intercapedine de ipsa quarta BC. quam ab A. uersus F. transferas in N, & uersus G. in O. sexies, ut diximus, ab A. uersus F, & sexies uersus G: quo facto, eadẽ circini expãsione hãc met intercapedinẽ AN. (quę est CM. partium 33. quartę BC.) super ambos tropicos HI, & KL. à linea horæ XVIII. initio accepto (quę per A. transit) sexies traduces uersus I, & uersus L. Deinde (si placuerit alterius circini officio) pone circini pedem in C, & sume distantiam C. 24. hoc est à linea meridiana CE. uersus I. usque ad linea horariam horæ 24. quam quidem distantiam C. 24. conuerso uago pede (altero firmiter in C. retento) uersus H. ad uagi pedis contactum notabis punctum M. Hac eadem lege posito pede in puncto E, & altero expanso super KL. usque ad datum punctum horæ XXIIII. uersus L. qua sumpta distantia EL. vertendo pedem uagum ad K. (semper tamen altero firmiter in E. retento pede) reporta eã ad punctum K. Quibus peractis, iterum capias primum circinum (de quarta BC. trigintatrium graduum expansionis CM. iam præparatum) replicabis expansiones à C, & E. uersus H, & K. tantummodo usque ad M, & K. notando finem in M, & K. quę sunt distantię æquales distantiis CI, & EL. (duos tropicorum arcus diurnos integros repręsentantes), & posito regulo super K, & super M. trahe lineam horizontalem K. 12. M. (correlatiuam 24. L.) quæ horizontis obliqui fungetur officio. Pręterea à punctis horarum unius tropici ad alterius puncta trahe lineas horarias lineæ horæ decimę octauę & inuicem (licet inclinatè) parallelas, quę (modo rectę operatus fueris) per 12. puncta lineę ęquinoctialis FG. necessariò transibunt. Si uero deserint puncta tropici ♑. CM. correlatiua punctis tropici ♋. EK. multiplica circini expansionem AN. (quæ est C. 33. M.) uersus H. usque dum habeas necessaria puncta correlatiua ad trahendas lineas horarias super tropicum æstiuum EK. non tamen prætereuntes horizontẽ MK. Hanc etiã expansionem AN. poteris ampliare etiam super lineam ęquinoctialis AF. uersus F. quantum placuerit extensam ad notanda prædicta puncta necessaria pro horis tam tropici æstiui KL. ut diximus, quàm horizontis obliqui KM.

Secundus modus hanc inscribendi Portionem talis est. Super datum centrum A. describe circulum FPGQ. (quem nos in quatuor istis portionibus impressis inuisibilem relinquimus) circulo BCDE. concentricum, ac diuisum in quatuor partes per duas diametros FBDG. transuersam, & PCAEQ. perpendicularem, sese in centro communi A. horthogonaliter intersecantes, sumptisque 17. gradibus de 90. à duobus punctis F, & G. uersus P, & Q. & à correlatiuo 17. gradu quartæ FP. ad 17. gradum quartæ GP, & à 17. gradu quartæ FQ. ad 17. quartę GQ. protrahe duas rectas HI. & KL. ęquinoctiali FG. parallelas. Elige postea tui poli eleuationis gradum in quarta inuisibili FP. (quartę BC. uisibili parallela) à P. uersus F. (quod est à C. uersus B.) à quo gradu protrahe per centrum A. lineam tuę eleuationis gradu notatam, quam etiã decimæ octauæ horæ applicabimus. Deinde diametrum FG. diuide in 12. ęquales partes (quarum unaquæque ex istis 12. diuisionibus, intercapedini, seu quantitati graduum 33. quartæ CB. necessario erit æqualis) quam quidem circini officio acceptam reportare satage intercapedinem CM. super ambas parallelas HI, & KL. tropicos repræsentantes, incipiens semper à linea horæ 18. (iam iam per tuæ eleuationis gradum ab uno ad alterum tropicum protracta) hoc modo, à puncto ipsius lineæ 18. caprij uersus orientem I. nota sex puncta prædictę intercapedinis CM. 33. quibus sexies datis, circini officio sume distantiam arcus semidiei à puncto C. ad punctum 24. ♑. I, & super eundem tropicum ad partem H. occidentalem uerte circini pedem uagum (altero tamen in C. firmiter retento), & ibi notabis pedis contactum puta in M. (tanta enim erit arcus semidiurni quantitas CM. quanta est C. 24.) Item à puncto E. sume arcus semidiurni distantiam ad punctum L. XXIIII. ♋, & super eundem tropicum ad K. partem occidentalem conuerso pede (altero in E. firmiter retento) notabis alterius partis arcus semidiurni punctum in K. à quo ad punctum M. protrahe lineam horizontalem KM. quæ, modo rectè operatus fueris transibit per F. horam 12. æquinoctialis FG. Deinde protrahe lineas horarias à punctis horariis ♑. ad correlatiua ♋. quæ necessario transibunt per 12. puncta horaria æquinoctialis FG.

Ex his.

Ex his portionibus arcus diurnos & nocturnos, semidiurnos & seminocturnos, Italico more facillimè cognoscere aperitur. *Cap. XV.*

HOrę ortus solis, hoc est, horoscopi matutini descripti cernuntur super linea horizontali K M. Arcus uero semidiurni, sub qua hora cadant in meridie, habentur super linea meridiana C E. Quantitas diei minimi hiemalis, à 24. I. vsque ad M. Quantitas diei æstiui maximi, à xxIIII. L. usque ad K. Quantitas semidiei æstiui maximi à xxIIII. L. vsque ad E. Quantitas semidiei minimi hiemalis à 24. I. vsque ad C. Quantitas noctis ęstiuæ minimæ, à 24. I. vsque ad M. Quantitas noctis maximæ hiemalis, à xxIIII. L. usque ad K. Quantitas mediæ noctis minimæ æstiuæ à 24. I. vsque ad C. Quantitas mediæ noctis maximæ hiemalis, à xxIIII. L. vsque ad E. Quantitas æquinoctiorum tam dierum quàm noctium F A G. Possumus etiam dicere sic, Nox minima æstiua, est quantitas diei minimi hiemalis, & è contra, Et nox maxima hiemalis indicat diem maximum æstiuum, & è contra, sunt enim ad inuicem antiscia.


Easdem quantitates Babilonicè facillimè inuestigare, & instrumenti; ex cataglyphi exemplari, Anaglyphum erigere. *Cap. XVI.*

INcipias numerare horas à 24. xxIIII. & habebis intentum, ut in præcedenti cap. dictum est. de qua re plura verba facere necessariò minime iudicauimus. Quantum uero spectat ad instrumenti Anaglyptum erigere, hoc modo faciendum est. Descriptis omnibus lineamentis, vel eius sciographia super parata. Ex orichalco lamina excisa, secentur ex omni parte materiæ superfluæ; postea tuo flectes ingenio portionem in modum hemisphericæ fasciolę E F L M. cuius horizontales extremitates E L, & F M. per alteram laminam (horizontis vel diametri officio fungentem) E A F. immobiliter copulabis in singulis E F. tali quidem artificio ut A. sit centrum instrumenti per quod transeat diameter æquinoctialis Q A R. & huius diametri semicirculus æquinoctialis sit Q Q I N R. Ad reducendam autem fasciam in modum sectionis hemisphærij ad suam horizontalem diametrum, sumas distantiam septem horarum æquinoctialis F A G. præcedentis figuræ ab F. usque ad Q. & quinque partes de 8. unius horæ, quibus diuidenda est una hora, nempe distantia O D. ita ut octaua pars horæ cadat ad unguem super pectus D. ab O. uersus G. Curuabis igitur fasciam Zodiaci ad suam diametriam F D. iam pręparatam, quia septē partes & quinque unius, in octo partes diuisæ, est, vt diximus diameter semicirculi E F. huius figuræ quam hic ad formam Cataglyphi depictam apposuimus. In medio autem horizontalis laminę E A F. in centro A. mobiliter vniatur fistula quædam A B C. quæ pressè tamen configatur, ut cum opus fuerit, possit quidem, sed non absque aliqua difficultate, moueri, at postquam motum fuerit instrumentum, pro ut res postulauerit, ibi immobiliter, fortiterque permaneat. In centro uero A. fiat foramen, quod ab interiori parte fistulæ per horizontis laminam ad alteram partem transeat ipsius horizontalis laminæ, ut inde filum immitti ualeat, & ibi, scilicet in A. fiat paruula excauatura, vt in ea nodus fili abscondi possit, ne styli fricatione erodatur. Super dorso fistulę facies foramen B. per quod imposita cochlea D X. eiusdem cochleæ officio instrumentum super styli Acie firmare possis. E regione lineę meridianæ T I. aptetur Pyxidicula H I. cum suo compasso magnete illito, quam ad angulos rectos cum horizonte per duo quædam brachiola, uel alio ingenio, tropico L M. immobiliter uniatur. Brachiola uero G G. satage ne lineæ meridianæ semiforamen I. fortè occupent, sed neque uicinarum horarum 16, uel 17. impleant semiforamina, per quæ filum trahendum erit, ut infra dicetur.

Facilem instrumentali huius hemisphærici ad quamcunque parietis inclinationem usum ostendere. *Cap. XVII.*

PArato stylo S A. ex æris lamina in acutissimi cuculli modum redacta, quem in tuo pariete ad angulos rectos quàm rectissimè erigas, & circa styli acumen fistulam C B A. inducas, atque cochleolam in suo foramine B. imponas, quam tamen adhuc minimè calcabis, sed uertas portionem, hoc est instrumentum, quousque uideas officio Magnetis ad quatuor mundi plagas esse ac-

esse accommodatum, & ad horizontis planum erectum, quibus habitis comple calcandi cochleolam super stylo, ut instrumentum de stylo immobiliter pendeat, deinde trahe filum per singula foramina horaria tropicorum, & æquinoctiorum usque ad parietis contactum, in quo notabis horarum puncta, quæ habere poteris, iuxta parietis nimiam uel paruam inclinationem, quemadmodum ex filis protractis A Q. A D. A P. A M, & A R. hanc practicam cognoscere non erit difficile. Tandem post omnium punctorum notationem, reguli officio protrahe lineas horarias, quæ (modo rectè operatus fueris) super tria vniuscuiusque horę puncta transibunt. Præterea lineam explorabis meridianam hoc modo, trahe filum per semiforamina T, & l, & per foramen æquinoctij vbi meridiana ab æquinoctiali intersecatur in altera l. quo facto, trahe lineã, quæ necessario transibit per tria prædicta puncta, & hæc perpetuo erit linea meridiana,



Fabricam Horology verticalis absque declinationis parietis notitia ad quancunque parietis inclinationem practicè ostendere. *Cap. XVIII.*

REstat etiam, ut ostendamus quomodo horologia per facillimam practicam quiuis etiam rudis, absque declinationis muri notitia, super quemcunque parietem delineare possit, quę quidem talis est. Para duas tabulas unius uel duorum pedum magnitudine, plus minusve nihil ad rem pertinet, quas in unum tali copulabis artificio, ut uertibulorum officio tabella uerticalis super horizontalem ad angulos rectos, uel non rectos (pro muri qualitate & declinatione) mobilis normæ uel alterius instrumenti, uel cochleæ artificio erigatur, ac immobiliter, iuxta parietis, ut dixi, procliuitate (ueluti domorum tecta) firmetur. In medio autem tabellæ uerticalis quomodolibet erectæ, stylum ad angulos rectos erectum accommoda in centro A. circuli B C D E. liberæ quidem magnitudinis dati, ac in 3 60. partibus, iuxta Paduanij placitum diuisi. Di-

uisionis

uisionis igitur huius circuli initium sumas ab E. uersus B. ad C. in E. finiens. Sed ne polluas tabellam, poteris super eam expandere folium album, super quo describere possis horologium tuum inde remouendum. Hoc igitur duarum mobiliter unitarum, uertibulorum officio, tabularum Aedificium admoueas parieti verticaliter erecto, vel etiam non verticaliter erecto, superq; horologium inscribere placuerit. Itaque tabellam uerticalem ipsi parieti adiungas, eamque cũ tabella sua horizontali (tuo, vt diximus, ingenio) immobiliter firmabis. Quo facto ceræ uel glutini officio immobiliter firmabis in medio tabellæ horizontalis horologium portatile, ad tuæ polaris eleuationis gradum (iuxta Analemmatis nostri theoricas) descriptum horizontale, firmabis dico ad unguem illo modo, quo eo uti uelles ad horas cognoscendas ibi apud parietem, magnetini compassi officio. Quibus ita paratis, ad radios solares hoc exponas ædificium, illud modo ad hanc, modo ad illam extollendo, vel inclinando, uel inuertendo partem vsquequo acuminis styli horologij vmbram discurrere facias per aliquot vniuscuiusque lineę horarię horologij partes, sed præsertim super solstitiorum uel tropicorum, & æquinoctiorum puncta: sicq; per singulas umbrarum stationes singillatim firmata ac immobiliter retenta machina, eadem horaria puncta & stationes solares, quas faciet umbra styli tabulæ verticalis super uerticalem superficiem machinę inuicem cum statione umbrarum horologij correlatiuas, præstò, singillatimque nimia (quam per te fieri poterit) connotabis celeritate. Puncta igitur, quæ pro singula hora habere potuisti horaria, in unam officio reguli redigas lineam, cui tandem proprium horæ ipsius adscribes numerum. Hac eadem practica lineam æquinoctialem, lineam Tertiæ, meridiei, & uersperarum scito trahendas operatione.

Modum, quo horologium è tabella uel folio uerticali ex ædificio ad superficiem parietis tui practicè facillimè transferatur, aperire. Cap. XIX.

OFficio circini reporta quantitatem, hoc est longitudinem styli verticalis tabellę Aedificij super cartam, & diuide eam in 12, & in multo plures partes ęquales, & iuxta has diuisiones diuide quendam regulum qui tantę quidem sit longitudinis, quantæ erit longitudo maioris lineæ horologij tabellæ, uel paulò amplius, describendo singulę decimæ parti numerum, nẽpe 10, 20, 30, &c. vsque in finem reguli. Deinde quantitatem, idest longitudinem tui styli, in pariete infigendi (relicta indiuisa ea parte uel styli base in pariete abscondenda) similiter diuide in duodecim partes æquales, ad quarum mensuras similiter diuide regulum oblongum in totidem partes in quot paruulum regulum prius diuidisti. Præterea in extremitate regulorum, nempe super initium diuisionum quandam facias excauationem tetrasphæricam, idest ad quantitatem semidiametri, hoc est, tetrasphæricę crassiciei tam minoris quam maioris styli, ita ut diuisionis initium, idest caput reguli tetransphericè abscisi occupare uideatur centrum, hoc est, medullam styli, quod quidem fiat ut ipse regulus è centro styli procedere uideatur ad rectè operandum. Para etiam Peripheriam B C D E. super papyro aliquantulum crasso in 360. partes diuisam (ad similitudinem peripherię tabellę, quam super folium descripsisti), quam circa muri stylum accommodabis, ac firmiter stabiles tali quippe industria ut centrum A. peripherię centrum styli concentricè occupare ualeat. Demum appone regulum paruum stylo tabellę (uel centro folij, & reducendo illum) super punctum, siue super caput tropici alicuius linearum, ibique firmato, nota quem circumferentię B C D E. gradum occupet integrum uel diminutum, simulque nota quam partem reguli linea horaria tangat, postea accedas regulum maiorem stylo parietis, & illum circumuoluas super eundem peripheriæ B C D E. parietis gradum, ibique firmiter retento, inscribe punctum horarium super pariete apud numerum maioris reguli, tibi à minori regulo ostensum in tabella, siue folio, ex tabula semoto ad maiorẽ operandi commoditatẽ, nã esterminiũ incommodũ relinquere exẽplare super Aedificiũ. Hac igitur practica, & hoc exẽplo scias faciendum esse de reliquis punctis, illa scilicet de paruo tabellę horologio super folio descripto, regulorum officio ad magnum parietis tui horologium transferendo horaria puncta, & sic breui admodum artificio habebis intentum, tam super parietes rectos, quam super obliquos, seu inclinatos.

De Analemmate Cherubico

Modus practicè describendi horologia in Pyxide hemisphærica, & erigendi styli ad angulos rectos. Cap. XX.

PAra tibi ex ligno satis firmo leuigatam ac planissimam tabulam saltem vnius brachij longitudine, super quam tuæ polaris eleuationis horologium, iuxta Analemmatis nostri theoricas optimè delineatum, transferas. Lineam postea meridianam usque ad extremum latitudinis tabulæ sub horologio protrahe, quam inter horologij lineamenta, & tabulæ extremitatem altera linea orthogonaliter intersecabis, quæ pertingat usque ad ipsius longitudinis tabulæ laterales extremitates. In hoc horologij plano stylum erigas in loco suo, hoc est, in centro A. ad angulos rectos; sedantequam illum infigas expanso circino ad magnitudinem styli,& posito in centro styli A. altero pede ducito peripharīā B C D E. quam in punctis B C D E, duabus quadrabis diametris: B D. quidem sit diameter horizonti unita; C E. uero meridianę, igitur in centro A. ad quantitatem A B. stylum erigas. Postea accepta intercapedine suptensæ B C. aut C D. de quadrante B C D E. pones alterum circini pedem primò in puncto B. alterum uero potriges ad styli apicem, nam si amborum mucrones mutuò sese contigerint, id argumento erit stylum ipsum ex illa parte locum, ac situm suum possidere, si uero secus euenisset, tunc citrò ultroque tantisper ipsum impellas donec extrema acuminum in vnum coeant. Illud idem facies ex altera parte, ponendo alterum circini pedem in puncto C, ac etiam in D, & in E. (ac etiam in quacunque alia circuli tibi libuerit parte) alterum uero ad styli summum erigendo: necesse est enim ut vtriusque extrema (stante altero, vt dixi, circini pede in ipsa periphæria) sese mutuo contingant. Parato igitur exemplare, accommoda pyxidem suo diametro super horologij lineam meridianam, pyxidem quidem ceteræ officio firmando super tabula. Reliqua demum operare ad radios solares ut practicè diximus superius in cap. 19. sumendo uidelicet umbras ex stylo exemplaris super horologium tabulæ, ac easdem notando in sinu pyxidis, iuxta ipsius styli, in ipsa pyxide confixi ostensiones, umbras horologij tabulæ correlatiuas quemadmodum satis diximus in superiori capitulo.

Modum diuisionis circuli in quatuor partes, una semper circini expansione seruata, promulgare. Cap. XXI.

PLacuit nobis hoc loco, ratione locationis styli (uide figuram huius operationis sub cap. 28. lib. 7.) hanc partitionis circuli propè nemini aperire methodum. Dato igitur ex centro A. vbi configendus est stylus, circulo B C D E. liberæ magnitudinis, quem expedite cupio in quatuor diuidere principales partes, postea in quotquot placuerit. Eandem igitur circini expansionem, qua circulum descripsi, replico sexies super circumferentiam, incipiens ab E. puncto inferiori (qui ab A. centro perpendiculariter procedet), in quo posito circini pede, postea ascendo ad B. versus C, & descendo ad D. eadem expāsione reuertor in E. à quo feci discessum: quo facto, noto illa sex puncta F G C H I E. circini cruribus inuenta, & à C. in E. traho perpendicularē, ut dixi, diametrum C A E. Deinde pono circini pedem in F, & supra B. eadem expansione describo portionem G K. cui similem facio ex parte altera (posito scilicet uicissim pede in G.) quæ sit F K. Duas item correlatiuas portiones H L, & I L. describo ex parte D. sese in punctis K L. intersecantes. Postea posito regulo super bina correlatiua intersectionum puncta K L. alteram traho diametrum K B A D L. primam orthogonaliter intersecantem (licet tamen in exemplaris figura cap. 28. lib. 7. intersectionum K, & L. puncta habere nequiuimus propter tabellę angustiam), sicque circulus quatuor remanet principales diuisus in partes, & consequenter in sex, ob quam commodā diuisionem reliquas multo citius expedies diuisiones, vt si occurrerit diuidere circulum in duodecim domos, restricto circino de B. ad G. quam si vtrinque à C, & ab E. reportaueris expansionem, circulus in 12. ęquales remanebit partes diuisus. Huius theoricæ uide & considera circulum C H D I E F B G C. peripheriæ prædictæ figurę cap. 28. lib. 7. ibi pro nostra commoditate descriptum, & collocatum.

Quomodo

Quomodo in hemisphærio perfecto horologium horarum æqualium theorice delineare possumus ostenditur. Cap. XXII.


EX orichalco, Buxo, Cypatisso, uel ex aliqua alia solida lignea uel ænea materia, para tibi Pyxidem hemisphęricam arte tornatili excauatam, cuius labialem horizontem in quatuor æquales diuide partes B C D E. B. orientem, C. meridiem, D. occidentem, E. septentrionem repræsentent. Postea a puncto D. ad C, uel E. circino expanso ducas lineam C E. meridianam, quæ pyxidem per diametrum secet. Similiter posito circini pede in E. pottahe lineam à B. per medium pyxidis usque ad D. à crassicie ad crassitiem labij horizontalis, quæ quidem duæ lineæ per A. quod est medium hemisphęrij sese orthogonaliter intersecantes uniuersum hemisphęrium in quatuor disterminant quartas, & semicirculus C A E. partem meridiani reprę sentabit subterraneam, & B A D. dimidium circulum uerticalem, eundem meridianum orthogonaliter intersecantem in A. deinde diuide quadrantem A C. meridionalem in 90. æquales gradus, quibus adijce numeros à pucto C. uersus A. procedendo, in quo quidem quadrante C A. à C. quidem uersus A. centrum tuæ regionis polarem supputa eleuationem, ubi adijce notulam F. arcusque F A. relinquitur ipsius polaris altitudinis complementũ, cui eleuationi arcum in A E. reliquo quadranti obsignabis æqualem à puncto A. uersus E. urpotè A G. itaq; F G. erit quadrans ipsius meridiani C A E. punctum autem F. erit polus æquatoris sub horizonte depressus. Centro itaque F. interuallo autem G F. dimidium describe æquatorem B G D. per B. orientis, & D. occidentis puncta transeuntem. Vltra autem & citra punctum G. suppura maximam solis declinationem grad. 23. min. 30. in punctis H. & I. & itcrum altero circini pede posito in puncto F. reliquo expanso ad punctum I. describe tropici caprij partem K I L. item circino compresso usque ad H. describe respondentem tropici Cancri portionem M H N. super horizontem præassumptę regionis derelictam. Præterea æquatorem B G D. diuide in duodecim partes æquales, quarum sex possideat quadrans B G. sexque alteras G D. Insuper accepta ac semper seruata distantia B C. uel B E. & posito altero pede in singulis diuisionibus quadrantis D G. extende alterum pedem in singulam quadrantis B G. diuisionem, sicque inuariato circino describe lineolas & arcus horarum à meridiet & à media nocte, tropicos L I K, & N H K, ultro citroque uisibiles per F. æquatoris centrum egredientes uel non egredientes ut placuerit. Traducto rursum circini semper inuariato pede in singula diuisionum alterius quartæ B G. puncta, describe uersa uice per singulas quadrantis G D. diuisiones reliquos horarum arcus, ordine, numero atque magnitudine prioribus respondentes, & æquales: nam in quocunque ęquatoris B G D. puncto alterum circini posueris pedem, reliquum in proximè succedentem sextam cadere diuisionem erit necesse. Easdem autem poteris horarias absoluere lineas per quendam flexilem, & ex altera tantum eius parte in acutiem utrobique tendentem regulum ad æquatoris B G D. dimidium in curuatum ex puncto F. per singulas duodecim, æquatoris diuisiones extensum à tropico in tropicum arcus horarios lineabis. Hos tandem arcus horarios altero duorum modorum circinatos suis desterminabis numeris à puncto D. per G. in B. suo ordine, atque pro earumdem horarum ratione digestis. Si præterea placeret inæqualium horarum distinctiones ipsi inscribere hemisphærio, ages in hunc modum. Diuide arcum tropici L I K. in duodecim æquales partes, & similiter alterius tropici N H M. & à qualibet uuius diuisione in quam libet alterius diuisionem per respondentia duodecim æquatoris B G D. puncta adminiculo flexilis reguli singulas horarum inęqualium trahito distinctiones, iunctis proprijs cuiuslibet horæ numeris, ab ortiua horizontis parte L N. (licet ad occasum extat) per meridianum H I. ad occidua K M. (licet uersus ortum sit) pro dictarum horarum ratione distributis.

Horas Italicas in hemisphærio pręedicto noua, ac duplici indagine ad quancunque poli eleuationem inscribere, sed hic ad 45. propalam aperire. Cap. XXIII.

POsito circini pede in G, & altero expanso ad I, uel H. hoc est, ad alterutrum tropicorum, describe circulum H O I P. cuius quarta P H. diuidatur in 90. grad. & à P. uersus H. tuę eleuationis poli assumpta altitudine nota punctum, à quo per centrum G. à tropico in tropicũ

protrahe lineam horæ 18. QGR. Deinde in tropico caprij sumas distãtiam intersectionis unius horæ æqualium ad alteram, ut est S T. & incipiens à puncto R. iam iam datæ 18. in eadem tropico, & posito circini pede in R. utrinque perge super ipsum tropicum KIL. notando horarum puncta, quorum ab R. primum sit T. secundum V. & ita deinceps uersus L. sub quo cadet punctum horæ 15. Eodem modo procedes ab ipsa 18. R. eiusdem caprij uersus K. nam post 18. QHR. sequitur 19. in puncto X, & ita deinceps facies super ipsum tropicum usque ad 24. quę cadet sub horizonte K. Eadem lege sumas intercapedinem distantiæ unius horæ ab alterius æqualium intersectione horarum cum ipso tropico Cãcri M HN, & posito circini pede in puncto Q. horæ 18. procede successiuè per ipsum tropicum multiplicando circini expansiones, quarum prima, hoc est, horę 19. uersus M. sit Y: & prima, hoc est, 17. versus N. sit Z. Et animaduertas quod distantiæ horarum æqualium in ambobus hemisphærij tropicis sunt ad inuicem semper æquales, & ideo quælibet distantia horaria (puta H Z. uel S T. vel aliqua quauis alia) accepta, deseruiet vtrique tropico ad horarum Italicarum puncta hinc inde ab ipsa 18. versus horizontem tropicos, ut dixi successiuè distribuenda. Tandem flexibilis reguli officio expansi super tria correlatiua data puncta ducito lineas horarias de tropico per æquatorem ad alterum tropicum hinc inde à linea 18: sed protrahes ante meridianas uersus occasum, pomeridianas autem versus ortum, ut ipsa res postulat; horarumque numeros tandem per ordinem inscribes iuxta exemplaris nostri cataglyphum, quod ex anaglypto hemisphærico geometricè diligentissimo extraximus artificio, cuius talè inspiciendum præbuimus schema, vt hic immediatè sequitur.

HEMISPHAERIVM HORAS AB ORTV &ab occasu continens, ad easdem horas diu conspiciendas, & ad horologia uerticalia, & horizontalia prædictarum horarum, & Theutonicarum delineanda commodissimum.



Secunda indago, siue modus describendi horas Italicas in hemisphærico. Cap. XXIV.

DEscripris vt supra ex dato centro A. horizonte B C D E. & meridiano C A E. semicirculo verricali B A D, & reliquis arcubus sub ipso horizonte, ut in præcedentibus cap. 22. & 23. vidisti, ex polo F. ad interuallum F A. describe circulum C ♋ A ♑. tropicis, & æquinoctiali parallelum per nadir A. ductũ, quẽ simul, & semel descriprione 12, & 12. horarũ æqualiũ unica circini expansione C A. diuides in 24. horas, ponendo alterum circini pedem in singulis diuisionibus quadrantis D G. & reliquum extendendo in quamliber quadrantis B G. diuisionem ultro citroque uersus limbum pedem circini ducendo, qui semper transibit per F. polum mundi, & ab una ad alteram limbi partem perueniendo, protinus miro ac facilimo modo in 24. partes diuisus apparebit æquales, quibus adhibes horarios numeros, incipiens à prima apud A. cui adscribes numerum horæ 1. deinde sequenri arcui uersus ♋. tribue numerum 2. postea 3. & sic per ordinem procedendo inscribes sub ♋. numerum horæ 6: sub C. uero 12. à qua descendens ad ♑. describes horam 18. & reliquas per ordinem usque ad A. ubi describendus est numerus 24. Quibus pararis, ad Italicarum horarum (uel Bohemicarum ordine opposito) lineas circino describendas te hoc accingas facillimo modo. Eadem A B. semper circini seruara expansione pone alterum circini pedem in quælibet horarum puncta, seu intersectiones prædicti circuli A ♋ C ♑. incipiens à 23. apud A, & retrorsum procedendo per 22. 23, &c. ab A. ad ♑. hinc ad C, & de C. uersus ♋. ad A, & alterum cirnici pedem expande ad singulas 12. æquatoris B G D. puncta seu intersectiones, incipiens à 23. sub horizonte K B M. describe lineas horarum Italicarum, uel ad parrem L D N. Bohemicarum sumens à prima initium de superiori tropico per æquinoctialem ad tropicorum inferiorem transeuntes, nusquàm tamen tropicos prætereuntes, illisque tandem adhibe horarum proprios numeros, incipiens Italico more à 23. sub 24. horizontali K B M. sicque mirabili, ac facillima operatione protinus totum hemiphærium in horas Italicas, Bohemicas & Gallicas apparebit diuisum. Tandem si reliqua præter æquinoctiorum, solsticiorũque signa describere placuerit, diuide circulum I P H O. in 12. partes sicut res postulat, quæ 12. domos repræsentent, & ab F. ad singulas alterius semicirculi H P I. vel I O H. diuisione altero expanso pede producas relinquorum signorum arcus inuicem parallelos ab una usque ad alteram horizontalis limbi parrem, ad tropicorum & æquinoctialis operarionis similirudinem, de qua diximus etiam supra.

Erecturus tandem ex centro A. stylum, arte conflarili, uel ex lamina orichalchea in modum acutissimi cuculli argento ferruminati tantæ longirudinis quantæ præcisè est semidiamerer æquatoris, iam cõpetentis crassitudinis præpararum, facies in hunc modum. Super sphæram, siue limbum horizontis duo cruciformiter extende fila, quæ rangant quatuor puncta B C D E. & vbi fila adinuicem decussata sunt erigas ex A. centro stylum, eiusque aciem in decussationem reducas, ibique ad angulos rectos cum horizontis planicie firmiter stabilias. Ad extremum Pyxidem cum sua magnete inter spacium F A. cuius diameter diametro C A E. dedalicè correspõdeat, ad rectos angulos, & ad quatuor mundi plagas, ut mos est, accommodare satage. Pedem insuper sub A. in modum pedis ciari supponere debes satis expansum, ut rectè cum horizonte, & ad quatuor mundi plagas quàm facillimè accommodare ualeas instrumentum, quando eo uti volueris.

Hoc hemisphærico Instrumento horologia Italica & Bohemica super quacunque superficie sub eleu. Axis grad. 45. facillime delineare.

Per singulos tropicos linearum hemisphærij, & per singulas intersectiones æquinoctialis cum ipsis lineis horarijs facito quędam foramina, & acumini styli adhibe filum, & sic posito instrumento ante, hoc est, è regione styli, uerte ipsum ad quatuor mundi plagas officio magnetis. Quo facto, extrahe filum per uniuscuiusque horæ foramen, uel loco fili, ûtere radio uisuali usque

ad contactum parietis, & circa reliqua seruabis eundem ordinem, quem fili uel radij uisualis officio seruandum satis abunde docuimus circa usum Archihoroscopi, ob cuius rei nimiam facilitatem, superfluum plus ultra scribere diiudicauimus, ideo hanc instrumenti facillimam operationem & usum, siue huiusce modi horarum & horologij figuræ descriptionem super pariete ex hoc nostro, iam è regione aciei styli in pariete cõfixi accommodato hemisphærio, tuo marti prudentè complenda relinquo: sed recordare quod acies styli hemisphærij tangat aciem styli parietis.

De fabrica, & usu Retishorarij pulcherrimi Instrumenti ad horas Italicas, & Bohemicas diu cognoscendas, & ad Horologia super quancunque superficiem sub eleuatione poli arctici grad. 45. describenda commodissimi.

Descriptio Retishorarij ad Horologia Bohemica horizontalia; & verticalia meridionalia recta; & ad Italica verticalia declinantia declinanda peropportuni. Cap. XXV.

DEscriptio huius pulcherrimi Instrumenti talis est. Circa datum centrum A. fiat circulus B C D E. in 360. gradus more solito diuisus, diuisionis initio facto ab E. uersus D, & C. ad B. in E. Deinde diuidatur semidiameter A E. in 90. partes equales ab E. uersus A, & in 45. particula fiat notula M. æquinoctiorum ♈. & ♎. locus, à quo numera uersus A, & uersus E. grad. 23, & $\frac{1}{2}$. in punctis G, & K. locis ♋. & ♑. Postea quære in subiecta tabella distantiarum, siue Azimuth horarum Italicarum gradum, in quo cadat hora 24. ♋. numerando super circumferentia B C D E. ab E. uersus C, & ad D. gradus 124. & minuta 20, & posito regulo super centro A, & super prædicto gradu 124. min. 20. ubi regulus tangit circumferentiã interioris circuli B C D E. fac punctum H: similiter facias pro hora 24. signorum ♈. & ♎. quibus de tabella respondent grad. 90. min. 0. in puncto D. Idem faciendum esse intelligas de hora 24. ♑. cui respondet de ipsa tabella grad. 55. min. 40. in puncto L. Hæc igitur tria data puncta transferas ad alteram circumferentiæ partem in punctis F B. & I. Quo facto, per regulam trium punctorum fiat portio circuli ♋. F G H. cuius centrum inuentum super linea A C. sit P. Arcus uero æquinoctiorũ B M D. centrum sit Q. Capricorni autem centrum inuentum sit R. dati arcus eius ♑. qui sit I K L. Volo igitur, exempli gratia, describere lineam horæ 23. primum inuenienda sunt tria puncta illius Azimuth hoc modo, pono regulum in cẽtro A, & super gradu 114. m. 5. de sequenti tabella Azimutorum sumpto, ac super circulo B C D E. a D. uersus C, & ubi regulus intersecat arcum F G H. tropici ♋. facio punctum M. non longe ab H. Similiter facio pro hora 23. ♈. & ♎. extendendo regulum de A. super grad. 79. min. 17. de Azimutorum tabella sumptum, ac inuentum super circulo B C D E, & ubi regulus intersecat arcum B M D. æquinoctiorum facio punctum N. Itidem à centro A. super grad. 44. min. 30. de tabella in circulo B C D E. pro hora 23. ♑. inuentum noto intersectionem arcus ipsius I. in puncto O. Hæc tandem tria data puncta M N O. seruata regula trium punctorum (quorum centrum inuentum per campum sit ✳ 23. super S.) in unam curuam redigo lineam M N O. Hac eadem norma reliquas horarias lineas de graduum tabula per tria puncta super prædictis tribus arcubus B M D. F G H, & I K L. notata, circini officio, modo compressi, modo expansi (per iam tabellæ horologij centra quærendo) describendas esse intelligas. Sed quia istæ tres horæ 15. 14. & 13. non habent nisi duo puncta de tabella graduum Azimuth, ideo multo maiori indigent circini expansione quam reliquæ lineæ horariæ à 16. usque ad 23, & ideo circa circini semper amplius eas intr dilatanda extra campum circuli B C D E, quærendo centro excentrica hinc inde, ut uides quædam in hac notasse quibusdam Asteriscis ✳. à centro A. versus F. per modum ellipsis A F X X. Pro lineis autem trahendis horarum 12. 11. 10. 9. quæ unum tantummodo habent punctum horarum, pone regulum super centrum A, & super gradum 270. pro hora 12: super grad. 259. min. 53. pro 11: super grad. 250. min. 18. pro 10: pro 9. uero reducito regulum super grad. 240. min. 25, & ubi regulus tangit interiorem circulum peripheriæ prædictæ B C D E. nota puncta, super quæ, & super illa unica iam data puncta trop. ♋. iam data extende regulum, & protrahe lineas a punctis tropici ad

puncta

puncta circunferentiæ nẽpe grad. 270. m. 0. gr. 259. m. 53: gr. 250. m. 18. His expeditis ad Zodiacum altitudinum solis uertamus Amussim. Super linea B A D. uersus ortum B B, & occasum B B. protracta inueniãtur duo centra ab A. liberè distãtia, quæ sint Y, & Y. inter B V, & D V, & posito circini pede in Y, & Y. describe duos semicirculos V X B. orientis, & V X D. occidentis, quos diuides in 12. domos & gradus Zodiaci tres hinc, & tres hinc, signa transferendo a circunferentijs super scalas V Y B, & V Y D. officio circini positi in A, & expansi ad singula puncta alterius semicirculi V X B. uel D X V. quemadmodum ex obiecta figura uidere licet. Arcus igitur altitudinum solis describendi sunt hoc modo, quæras duo centra excentrica puta S. & T. apud A. aliquantulũ, sed libere distantia (ne arcus altitudinum circulo B C D E. uideantur paralleli), in quibus posito circini pede, altero singillatim expãso ad singulas semicirculorum diuisiones V B, & D V (centrum enim S. semicirculo V X D; T. uero B X V.), & inde circinare omnes illos arcus V Y B Z C C V. orientis ex centro excentrico T. & D Y V C C Z D. occidentis ex altero centro excentrico S. Restat super his arcubus Italicè describere Altitudines solis horarum diurnarum hac sequenti norma. Volo, exempli gratia, describere Altitudinem horæ 23. ♋. super arcu ipsius tropici D T T. ideo quæro in sequenti tabella Altitudinum, & inuenio altitudinem huius horæ esse grad. 9. min. 15. pono igitur regulum in A, & extendo super grad. 9. min. 15. à D. numerando gradus uersus E, & ubi regulus intersecat arcum D T T. ♋. facio punctum a. Deinde uolo notare altitudinem horę 23. ♈, & ♎, & uideo in tabella altitudinem ipsius esse grad. 10. min. 30. ideo posito regulo in A, & expanso ad gradum 10. min. 30. prædictæ quartę D E. à D. ad E. numerando, & ubi regulus intersecat arcum ♈. Y Z. noto punctum b. altitudinis ipsius horæ 23. ♈. uel ♎: similiter uolo notare punctum altitudinis horę 13. ♑. & uideo in tabella altitudinum illius esse gradus 8. min. 8. ideo pono regulum in A, & expando super grad. 8, & min. 8. prædictę quartę D. T T. à D. ad T T. numerando, & ubi intersecat arcum ipsius tropici V c c. noto punctum c, & ista tria puncta a b c. rediges in unam lineam irregularem a b c. quæ horę 23. subiacebit, & ita facies de reliquis horarum altitudinibus. Insuper 90. gradus quartę tum C B. cum C D. officio reguli in A. positi transferantur è circumferentia B C D E. ad latera A A C D D. A A B B, & D D B B, instrumenti, uel duplicem graduum ordinem inscribere super semicirculo B C D. 90. in quarta B C. à C. uersus B, & in altera pariter à C. ad D. numerando, è quorum regione graduum reducendus erit Index C. Rotę mobilis Retishorarij R F I L N H. Restat ut inter A, & C. super linea P Q R. accommodes Pixydulam P. cum sua magnete super quodam uelut gradulo G. super prædicta linea R Q P. immobiliter configendo, ac tali artificio secto ac leuigato, ut cum per Aluęolum A. sub fundo Pixydis præparatum, quodammodo ipse gradulus amictus fuerit, Pixydem firmiter teneat, sed cum opus fuerit possit tamen extrahi ex ipso gradulo G. ad reponendum, uel ad facile portandum instrumentum; vt in exemplari ostenditur. Pixydulam apposuimus non ad cognoscendas horas, sed ad explorandas parietum declinationes, quemadmodum infra suo loco dicetur.

De huius pulcherrimi Instrumentuli delectabili vsu, primum ad horologia Italica declinantia delineanda.

Cum ergo horologium Italicum super aliquo pariete inclinato delineare volueris, primum exploranda est ipsius muri declinatio hac norma, accedas cornicem A A C D D. parieti, & circumuolue mobilem rotam R F K L M. vsquequo lancicula magnete illita super umbram se se accõmodauerit, illamque cooperuerit, qua firmata, illico denticulus C. lineę meridianę R A K. ostendet tibi gradum declinationis tui parietis super gradibus quartæ B C. uel D C, & quando index C. se inuenerit in quarta B C. paries declinabit ad occasum, & ideo reducendus ab ipsa quarta B C. ad quartam D C. sub eodem tamen gradu ab ipso ostenso in quarta B C. ibi igitur sub ipso gradu quartæ B C. firmanda est rotula mobilis. Sed vt hanc facilius intelligas operationem, sit, exempli gratia, paries quidam occidentalis qui à meridie in occasum declinet 45. gradus, accede instrumentum parieti, & vertendo uolubilem rotulam, uidebis indicem C. accom-

accommodare se super gradū 45. in quarta B C. O R T V S. uel O R I E N. & sub ipsa cornice per ipsa uerba D E C L I N A T A D O C C A S V M intelliges parietem tuum declinare ad occasum grad. 45. ideo uerte uolubilem rotulam remouendo denticulum C. ab ipso gradu 45. quartæ O R T V S, & reducas illum sub eodem gradu 45. in altera quarta nempe C D. O C C A S V S. ibique firmanda ne ad pilum quidem amplius demoueri possit usque in finem operationis. Quo facto protrahe lineam horizontalem occultam, quantum in longum placuerit, super pariete pro futuri horologij tui magnitudine ipsi horizonti parallelam, quæ sit B B A B B. super quam confige Instrumentum ita, vt linea ipsius horizontalis V B A D V. Instrumenti conueniat in vnum cum linea horizontali B B A B B. protracta super parietem. Deinde trahe lineam contingentię, quæ lineæ uerè horizontalis tui horologij fungetur officio, sitque F F G G F F. quæ distet à linea occulti horizontis B B A B B. ad libitum, nempe quantum futuri horologij tui erit è pariete eminens longitudo styli. Istæ ergo duę lineę B B A B B, & F F G G F F. sint, ut diximus, inuicem parallelę, ęqualiterque altera ab altera distet, quas per A, centrum Instrumenti orthogonaliter interscabis altera linea, hoc est, perpendiculari C A E T T A G G D. Hæc linea in horologijs rectè meridiem aspicientibus erit linea styli, simulque meridiana: in obliquis uero, hoc est, in declinantibus à meridie ad ortum uel ad occasum, uocabitur & erit linea quidem styli, non tamen meridiana. Vbi ergo hæc linea se interscat cum linea B B A B B. Instrumenti, hoc est in A. ibi reducendum est centrum A. ipsius Instrumenti, & vbi se interscat cum horizontali uera F F G G F F. (contingentiæ nuncupata) puta in G G. ibi figendus erit stylus Horologij futuri ad angulos rectos tantæ longitudinis, & eminentiæ, quantæ, vt diximus, est distantia A G G. ad libitum sumpta & electa. Infixo igitur & accommodato Instrumento ut supra, manu capio ex A. centro Instrumento procedens filum cum mobili Margarita, & pro prima operatione illud extendo super horas Azimuth, hoc est, distantiarum Solis, exempli gratia, super horam decimamnonam, tropici ♋. d. min. 19. in uolubili Rota inuentam, & filum interscat veram lineam horizontalem F F G G F F. facio punctum grad. 19. è quo demitto perpendicularem occultam g. K. Deinde pro secunda operatione duco Margaritam de filo super punctum g. qua firmata, eleuo manu filum ad horizontem occultum B B A B B. & ubi Margarita tangit noto punctum hor. 19. à quo demitto alteram occultam perpendicularem h. 1. ♋. Pro tertia uero operatione (relicta Margarita vbi uis discurrere, quia nihil refert) duco filum super horam decimamnonam, ♋. in ipso tropico D O. Altitudinum Solis, hoc est, super O. extendendo illum per campum parietis, & vbi interscat occultam h 1. noto punctum 1, & sumpta intercapedine h 1. illam reporto super alteram occultam g K. primæ operationis à puncto g. ad K. ibique noto punctum K. quietit punctum horæ 19. ipsius ♋. Hac eadem operatione exploraбis punctum horæ decimænonæ, ♈. & ♎. producendo filum per interscctionem æquinoctialis cum linea horæ 19. in uolubili rota super e. vsque ad contactum lineę contingentię F F G G F F. ubi notabis punctum p. à quo demitte perpendicularem occultam p P, & reducto nodulo mobili ad p. verte manum cum filo (margarita sic firmiter stante) ad horizontem A D B B. Instrumenti, & vbi Margarita tangit lineam notabis punctum q. 19. à quo demissa perpendiculari occulta q ♎ 1. filum remoue, & extendas super horam decimamnonam, altitudinis solis super arcum Y Z, & vbi interscat perpendicularem occultam q t. noto punctum r. & accepta intercapedine q r. illam transfero super perpendicularem p P, & ibi in puncto P. erit hora decimanona, æquinoctiorum ♈. & ♎. Demum pro inuentione puncti horarij ♑. duco filum super horam decimamnonam, ipsius tropici in uolubili rota usque ad contactum lineę ueri horizontis, ubi noto punctum S. 19. à quo demissa perpendiculari occulta S O, & reducto mobili nodulo super S. transfero filum cum ipsa Margarita S. distantiæ A S. ad horizontem occultum D B B. vbi noto punctum B B. 19. à quo cadat occulta perpendicularis 19. B B. u. ♑. Deinde traho filum per punctum c c. horæ 19. ♑. in arcu tropici eiusdem signi V c c. per campum parietis, & ubi interscat lineam occultam B B. 19. u. ♑. facio punctum u, & acceptam distantiam 19. B B. u. transfero super lineam

occul-

occultam S O. in puncto O. vbi est punctus horæ decimænonæ, P. tui futuri horologij. Tandem posito regulo super his tribus datis punctis O P K. trahe lineam horariam horæ decimænonæ horarum Italicarum O P K. Hac igitur facili methodo reliqua puncta horaria sumenda, & notanda sunt. Lineam uero meridianam duplici uia explorare ac protrahere potes, primo protrahe filum ab A. per lineam meridianam A K E. Instrumenti, & ubi intersecat uerum horizontem F F G G F F. nota punctum L. à quo demissa perpendiculari L M. erit meridiana tui horologij. Secundò, post descriptionem ipsius horologij, demitte perpendicularem L M. quæ transeat per intersectionem lineæ 18. horæ cum linea æquinoctiali N I. puta in N. quod idem erit, quod si primo modo aliter eueniret errorem forte totius horologij scito corrigendum. Demum stylum erigas ad angulos rectos in intersectione ac puncto G G. cuius tantæ longitudinis, ac prominentiæ esse debet quanta est intercapedo A G G.

Sequun-

Sequuntur tabellæ distantiarum,& altitudinis Solis.

TABELLA AZIMVTH, IDEST DISTANTIARVM horarum ad eleuationem poli arct. grad. 45. supputata.

Horæ	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	Dies.
♋	240 25	250 18	259 53	270 0	280 43	295 43	317 22	349 27	25 42	52 52	70 14	82 54	95 5	104 18	114 5	124 20	♋
♌		249 48	259 51	270 53	281 26	295 18	314 21	342 5	14 32	42 47	62 43	77 6	88 55	98 56	108 59	119 14	♊
♍				271 6	280 14	292 42	308 2	327 45	352 25	18 39	41 21	59 0	72 54	84 37	95 4	106 23	♉
♎				270 0	280 44	292 14	304 50	320 46	339 16	360 0	20 44	39 14	55 10	67 46	79 16	90 0	♈
♏						291 47	303 16	316 11	330 17	347 30	5 0	22 29	37 43	51 24	63 26	73 37	♓
♐							300 32	311 46	324 17	338 10	353 13	8 23	23 37	37 21	49 40	60 46	♒
♑								310 31	322 19	335 19	349 26	4 10	18 40	33 5	44 33	55 40	♑


De huiuscemodi Azimuth, hoc est, de horizontali distantia Solis à linea meridiana satis abunde tractatur in Cap. 13.& 14.lib.8.ibi enim quid sit Azimuth definitur, & docetur. Gradus insuper sub hora 24. sunt gradus amplitudinis, de qua in prædicto Cap. 14. tractatur, & sub 15.Cap.ponitur Instrumentum quo amplitudines omnes inueniantur sub quacunque poli eleuatione.

TABELLA ALTITVDINVM SOLIS PRO qualibet hora ad eleu. grad. 45. supputata.

Horæ	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	Dies.
♋	3 55	13 34	23 56	34 27	44 58	55 0	63 28	68 10	66 38	59 54	50 28	40 12	29 40	19 8	9 15	0 0	♋
♌		8 26	18 43	29 13	39 45	49 50	58 34	64 14	64 37	59 27	51 0	41 2	30 32	19 59	9 38	0 0	♊
♍			5 3	15 38	26 13	36 23	45 31	52 40	56 18	55 16	49 56	41 47	32 6	21 43	11 11	0 0	♉
♎				270 0	10 32	20 40	30 0	37 46	43 0	45 0	43 0	37 46	30 0	20 40	10 32	0 0	♈
♏						5 3	14 27	22 36	28 54	32 40	33 22	30 52	25 34	18 8	9 12	0 0	♓
♐							1 8	9 41	16 38	21 54	24 32	23 21	21 24	16 1	8 42	0 0	♒
♑								4 20	11 46	17 24	20 48	21 22	19 16	14 42	8 8	0 0	♑

RETISHO-

RETISHORARIVM AD HORAS ITALICAS, & Bohemicas diurnas cognoſcendas, & ad horologia prædi-ctarum horarum deſcribenda aptiſſimi.



Compo-

Methodus componendi Tabellas prædictas ad quancunque eleuationem. · *Cap. XXVI.*

Compositio Tabellæ Azimuth, siue distantiarum horarum sub eleu. poli arct. grad. 45.

HVius tabellę practica compositio est ferè nullius laboris, quia tantummodo sumendi sunt gradus de tabella horogij horizontalis pro tua eleuatione constructa in ordine tabellarum Paduanij, quæ positæ sunt post Cap. 29. huius, ubi quæras tabellam pro horologio horizontali altitudine ad grad. 45. constructam, è qua sumas gradus è regione horarum positos, puta pro exemplo, è regione horę 9. Cancri inuenio gradus horizontales 240. m. 25. Item è regione horæ 10. inuenio grad. 250. m. 18, & ita de reliquis agendum est, quod satis dixisse puto pro facillima intelligentia huius negotij.

Methodus construendi Tabellam altitudinis Solis pro qualibet hora diurna sub eleu. poli arct. grad. 45.

Lateraliter. 3 Quod si prędicta distantia à meridiano minor quadrante extiterit, duc sinum eiusdem distantię in sinum similiter complementi altitudinis poli, & productum diuide per totum sinum, cuius arcus numeri sectionis à 90. gra- *Areatim.* dibus sublatus, erit inuentum primũ. Sinum huius inuenti primi tibi propone vna cum sinu altitudinis poli, minorem duc in sinum totum, & productũ diuide in maiorem, & arcum numeri partitionis subtrahe à 90. gradibus, ad residuum adde declinationem Solis, si ipsa declinatio fuerit borealis, aut à dicto residuo minue eiusdem Solis declinationem, si fuerit meridiana; uel tale residuum seorsum serua, si declinatione Sol ipse careat; quodque aliquo horum trium modorum (uti res exigit) offeretur, si non fuerit, maius quadrante, aut residuum eius de semicirculo si quandi antem superauerit; inuentum secundum nuncupabitur. Huius tandem inuenti secundi sinum duc in sinum inuẽti primi, & productum diuide in totum; mox arcus numeri sectionis dabit altitudinem quæsitam. Sed ne hic desideres exemplum, proponam horam 22. ab occasu Solis, Sole similiter tropicum Cancri tenente sub latitudine 45. graduum. Distantia horaria est graduum 85. minutorum 46. cuius sinus est 99727: sinus complemẽti altitudinis poli 7· 7 Duco igitur alterũ in altero, & productũ diuido in totũ, & emergunt in num. sectionis 705 . 7. quorum

Exempli formula horæ 22. ab occ.				
Sole in ♋ lat. 45. grad.	G	M	Sinus	
Arcus semidiurnus	115	46		
Pro duabus horis mi.	30			
Distantia horaria	85	46	99727	*Lateraliter.*
Complem. alt. poli	45	0	70710	
Arcus à 90. minu.	44	51	70517	
Inuentum primum	45	9	70895	*Areatim.*
Altitudo poli	45	0	70710	
Arcus à 90. minu.	85	52	99739	
Residuum	4	8		
Declinatio Solis add.	23	30		
Inuentum secundum	27	38	46381	*Lateraliter.*
Inuentum primum	45	9	70895	
Altitudo optata h. 22.	19	12	32882	

quorum arcus est graduum 44. minutorum 51. quibus à 90. sublatis relinquuntur grad.45. minuta 9. nempè inuentum primum, & sic deinceps procedo prout patet in hac formula.

Cautiones adhibendæ. Cap. II.

1 VErum quando inuentum secundum 90. gradus præcisè complectitur: inuentum primum pro altitudine quæsita tenendum erit.

2 Facilius autem multò propositum exequeris, Sole æquinoctia possidente, Multiplicabis enim sinum complementi distantia horariæ in sinum complementi altitudinis poli, & productũ diuides in totum: & arcum numeri partitionis pro altitudine quæsitu accipies. Latera- liter.

3 Hoc porrò meminisse iuvabit, quod primum inuentum ad unam, & eandem horam tam ante meridiem, quam post, non variabitur, quamuis loca Solis diuersa, atque iccircò uarias plerunque eius declinationes esse contingat. Similiter principium inuenti secundi ad eandem horam stabile permanebit.

4 Structurus igitur tabulam horarum altitudines singularum ab occasu Solis continentem (nam à meridie operatio peruia est) subtrahe 15. grad. ex arcu semidiurno pro termino 23. horæ, & sic deinceps per detractionẽ quindenorũ grad. quousque poteris, semper distantiæ singularum horarum relinquentur à meridiano. & quando ipsa distantia fit minor 15. gradibus; minues ipsam ex quindecim, postea per additionem quindenorum similiter graduum, singularum horarum terminos ante lineã meridianam habebis, prout patet in sequenti tabella ad latitudinem 45. graduum pro tropico æstiuo præparata. Cum his itaque distantijs fabricabis tabulam latitudinum pró tropico Cancri, eo modo quo superius dictum est. Idem efficies cum altero tropico, & æquinoctiali, ac etiam cum reliquorum signorum principia, & eorum decanis si libuerit; & ipsas supputationes seruabis.

Sed antequam ad arcuum horizontalium, & verticaliũ inuentiones accedamus, operepretium erit pro reliquis *superficiebus altitudines expedire*, idque per capita sequentia.

Tabula distantiarum horarum à meridiano ad principium ♋. sub latitudine 45. graduum.

G	M	H. ab occasu	
115	46	Arcus semidiurnus	
15		Minue	
100	46	23	Pomeridianæ in parte τβφ. Crucialati nostri, sub cap. 37. libri septimi, uel C B E. figuræ cap. 29. eiusdem.
85	46	22	
70	46	21	
55	46	20	
40	46	19	
25	46	18	
10	46	17	
15	0		
10	46	Minue	
4	14	16	Ante meridianæ in parte ταφ. Crucialati nostri, sub cap. 37. libri septimi uel C D E. figuræ cap. 29. eiusdé.
19	14	15	
34	14	14	
49	14	13	
64	14	12	
79	14	11	
94	14	10	
109	14	9	

Altitudines easdem in superficie verticali supputare. Cap. III.

SVperficies verticalis in hac nostra operatione intelligi debet quando ipsa superficies præcisè respicit meridiem, & sit perpendicularis, cuius operationem, quum parum differt à methodo capitis præcedentis, paucis tamen hic perstringere arbitratus sum. Exploraturus igitur altitudinem Solis super huiuscemodi superficie ad singulas diei horas pro horologijs solaribus in hunc modum. Duc sinum distantiæ horariæ à meridiano in sinum altitudinis poli, & productum diuide per totum sinum, mox arcus numeri sectionis à 90. gradibus sublatus relinquet Latera- liter.

inuentum

Areatum. Lateraliter.

inuentum primum. Huius inuenti primi sinum tibi propone, vnà cum sinu complementi altitudinis poli, quarum minorem duc in totum sinum, & productum diuide in maiorem, mox arcus numeri diuisionis à 90. gradibus sublata, ad residuum adde declinationem illius gradus eclipticæ si fuerit australis, aut deme, si septentionalis (nam hoc loco signa æquiuocantur) aut seorsum serua ipsum residuum, si declinatione caruerit, & prodibit inuentum secundum. Duc tandē huius inuenti secundi sinum in sinum inuenti primi, & prodoctum diuide per totum, atque illicò ex arcu numeri sectionis altitudo optata prodibit.

Appendix. Cap. IIII.

Lateraliter. Arcuum.

ET quoniam pro horologijs figurandis indigemus quandoque horarū principijs noctis; ideo soliti sumus supputare etiam altitudines horarum 24. 25. 26. ac etiam aliarum complusiū, addendo arcui diurno Capricorni singillatim gradus 15. pro terminis ipsarum quarum numerum aliquis si quadrantem superauerit, vtimur doctrina numeri secundi, capitis præcedentis, demendo scilicet ipsam distantiam ex 180. gradibus, & ducendo sinum huius residui in sinum altitudinis poli, vt ex complemento arcus numeri sectionis proueniat inuētum primum. Postea proponitur sinus huius inuenti unà cum sinu complementi altitudinis poli, & minore ducto in totum, & producto diuiso in maiorem: de arcu numeri sectionis subtrahitur complementum declinationis, & relinquetur inuentum secundum, & sic inuento secundo, & primo habitis, proceditur vt prius.

Altitudinem Solis super quolibet pariete perpendiculariter stante, quamuis non rectè meridiem aspiciat per singulas horas supputare. Cap. V.

QVemadmodum capita præcedentia ad horizontalia ac etiam muralia meridiem præcisè aspicientia, ita præsens ad muralia obliqua perribet solatia. Aduertendum tamen quod altitudo poli in ipsa superficie, eius complementum, & distantia horaria, supputantur iuxta traditionem capitis 54. libri huius; nam pro altitudine poli accipitur inuentum primum, & pro distantia horaria, inuentum quartum cuiuscunque horæ, præterquam in 12. hora meridiana (si de horis à meridie agitur) cuius distantia est inuentum tertium.

Lateraliter. Arcuum. Arcatum.

1 Itaque duc sinum complementi declinationis muri per caput 49. libri huius inuentæ, in sinum complementi altitudinis poli in tua regione, & productum diuide per sinum totum, mox arcus numeri partitionis erit inuentum primum. Sinum complementi huius inuenti primi tibi propone vnà cum sinu altitudinis poli tuæ regionis, horum minorem duc in totum sinum, & productum diuide in maiorē, arcus autem numeri sectionis à 90. gradibus sublatus, dicetur inuentum secundum. Huius inuenti secundi sinum rursus tibi propone unà cum sinu complementi altitudinis poli; minorem duc in totum sinum, & productum diuide in maiorem, mox arcus numeri diuisionis inuentum tertium nuncupabitur. Hæc itaque tria inuenta seorsum seruabis, quippe eis ad supputandas singularum horarum altitudines postea indigebis. Sed quò magis doctrina hæc elucescat, dabimus has sequentes supputationes pro declinatione murali graduum 55. sub latitudine 45. graduum. Duco igitur sinum complementi declinationis muri nempè 57357. in sinum complementi

Exempli formula declinationis muri grad. 55. sub lat. 45. grad.	G	M	Sinus
Compl. decl. muri	35	0	57357
Compl. altitud. poli	45	0	70710
Inuentum primum	23	56	40557
Compl. inuenti primi	66	4	91401
Altitudo poli	45	0	70710
Arcus à 90. minu.	50	41	77362
Inuentum secundum	39	19	63360
Complem. alt. poli	45	0	70710
Inuentum tertium	26	37	44802

Lateraliter. Areatum.

altitu-

altitudinis poli nempè 70710. vt ex diuisione producti emergat sinus 40557. cuius arcus est graduum 23. minutorum 56. hoc est inuentum primum. Deinde complementi huius sinum nempè 91401. mihi propone vna cum 70710, & hac ducto in toto, & diuiso per altero, proueniunt in numero diuisionis 77362. quorum arcus est graduum 50. minutorum 41. subtrahenda a 90. gradibus vt emergat inuentum secundum nempè gradus 39. minuta 19. & sic procedo prout patet in hac formula.

Documenta admodum necessaria pro corollario.

HOc autem scire conuenit, quod inuentum primũ est distantia lineæ eleuationis styli à linea styli, nempè eleuatio poli super ipsam superficiem.

Complementum inuenti primi, est eleuatio æquinoctialis ibidem.

Inuentum secundum, est distantia lineæ styli à linea perpendiculari.

Inuentum tertium, est arcus horarius inter lineam styli, & lineam meridianam in circulo æquinoctialis comprehensus.

Inuentum quartum, est elongatio Solis per gradus æquatoris à linea styli, siue ante ipsa sit, siue post, hoc est distantia horaria ab ipsamet linea.

Sequitur canon.

HIs expeditis, singulas occasuales horas (si tempus fuerit post occasum) ad tempus ante, aut post meridiem traduces, & consequenter in gradus, & minuta æquatoris conuertes, & sic prosiliet distantia circuli horarij à meridiano, prout patet etiam in cautionibus capitis secundi huius numero 4. sumendo in primis arcum semidiurnum pro termino 24. horæ. Huic igitur arcui semidiurno adde inuentum tertium, si declinatio muri fuerit ad ortum: aut ab eo minue, si ad occasum, & emerget inuentum quartum ad horam 24. Deinde per detractionem semper quindenorum graduum pro qualibet hora earum inuenta quarta prosilient, quarum priores citra lineam styli, hoc est dextrorsum (numeramus enim ab horis vespertinis, & procedimus à dextra in sinistram) posteriores verò, vltra lineam ipsam scilicet sinistrorsum venient postea inscribendæ, prout uideri in hac formula ad declinationem ortiuam graduum 55. supputata, Sole principium Capricorni possidente sub latitudine 45. graduum, cuius inuentum tertium est gradum 63. minutorum 39. addendum gradibus 64. minutis 14. arcus semidiurni, vt aggregentur gradus 127. minuta 53. pro inuento quarto ad terminum 24. horę & sic detrahendo 15. gradus pro singulis horis proceditur.

Exempli formula declinationis ad ortum grad. 55. Sole in ♑. sub latit. 45. graduum.

		G	M	H
Arcus semidiurnus		64	14	
Inuentum tertium addendum		63	39	
	Citra lineam styli hoc est dextrorsum signandæ sunt.	127	53	24
		112	53	23
		97	53	22
		82	53	21
		67	53	20
		52	53	19
		37	53	18
		22	53	17
Minue ex 15. gradibus		7	53	16
	Vltra lineam styli hoc est sinistrorsum signandæ sunt.	7	7	15
		22	7	14
		37	7	13
		52	7	12
		67	7	11
		82	7	10
		97	7	9

Quando autem non poteris amplius detrahere 15. gradus deme ipsum inuentum quartum quod remanet ex 15. gradibus, & consequenter habebis inuentum quartum horæ mox sequentis, hoc est in transcensu horarum occidentalium ad orientales, vt apparet in hora 16. cuius inuentum quartum est graduum duntaxat 7. minutorum 53. quibus demptis ex

15. gradibus, remanent gradus 7. minuta 7. pro inuento quarto horę 15. & sic semper adduntur gradus 15. vsque in terminum 9. horæ vt præmissam tabellam intuenti patet.

Habito igitur inuento quarto, duc eius sinum complementi inuenti primi, & productum diuide in totum: mox arcus numeri partitionis à 90. gradibus sublatus, dabit inuentum quintum. Sinum huius inuenti quinti tibi propone vnà cum sinu inuenti primi; horum minorem duc in totum sinum, & productum diuide in maiorem, & arcum numeri sectionis subtrahe à 90. gradibus, ad residuum adde declinationem Solis, id est illius gradus, si signum australe fuerit: aut à dicto residuo minue ipsam declinationem, si fuerit septentrionale (siquidem in superficie verticali signa australia vicem gerunt signorum septentrionalium, & econuersò) si non fuerit hæc summa maior quadrante, aut residuum eius de semicirculo, si quadrantem superauerit, inuentum sextum nuncupabitur. Huius tandem sinum inuenti sexti duc in sinum inuenti quinti, & productum diuide in totum; mox arcus numeri sectionis dabit altitudinem quæsitam, prout in hac formula, quam in exemplum prædictorum ad horam 15. Capricorni supputauimus, pro declinatione ortiua graduum 55. poteris contemplari.

Latera. liter. *Arcuatim.* *Latera. liter.*

Exempli formula horæ 15. ad declinationem ortiuam, grad. 55.

	G	M	Sinus	
Inuentum quartum	7	7	12389	*Lateraliter.*
Compl. inuenti primi	66	4	91401	
Arcus à 90. minuend.	6	30	17320	
Inuentum quintum	83	30	99357	*Arcuatim.*
Inuentum primum	23	56	40557	
Arcus à 90. minuend.	24	6	40820	
Residuum	65	54		
Declinatio Solis addēd.	23	30		
Inuentum sextum	89	24	99994	*Lateraliter.*
Inuentum quintum	83	30	99357	
Altitudo optata h. 15.	83	28	99351	

Cautiones.

Lateraliter. 1 SI inuentū quartum fuerit maius quadrante, ipsum ex dimidio circulo nempè ex 180. gradibus deme, & residui huius sinū duc in sinum complementi inuenti primi, & productum diuide in sinum totum; & arcum numeri sectionis subtrahe ex quadra circuli, & residuum dicetur inuentum quintum. Huius sinum tibi propone vna cum sinu inuenti primi: horum minorem duc in totum sinum, & productum diuide in maiorem: de arcu numeri diuisionis subtrahe complementum declinationis, & remanebit inuentum sextum. *Arcuatim. Lateraliter.* Tandem sinum huius inuenti sexti duc in sinum inuenti quinti, & productum diuide in totum: mox arcus numeri sectionis dabit tibi altitudinem optatam, quam postea per caput 26. huius in vmbram conuertes. De hac re nullum dabimus exemplum eò quod parum differat à methodo superiore.

2 Si vero inuentum quartum fuerit præcisè quadra circuli; duc sinum inuenti primi in sinum declinationis Solis, & productum diuide in totum; illicò arcus numeri diuisionis monstrabit tibi altitudinem quam quærebas, prout dictum est etiam capite præcedenti, quum vna & eadem sit operatio.

3 Quòd si prædictum inuentum quartum nihil fuerit; accipe complementum inuenti primi, & ab eo deme declinationem Solis, si signum fuerit septentrionale: aut adde, si australe: & extemplo altitudo horæ oblatæ patebit.

4 Horas autem ęquinoctiales (de quibus æquinoctialibus, etiam in cap. 53. & 54. huius tractatur) facilius expedies in hunc modum: *Lateraliter.* Duc sinum complementi inuenti quarti in sinum complementi inuenti primi, & productum diuide per totum sinum, mox arcus numeri sectionis dabit altitudinem quam quærebas. Quare si dempseris 15. gradus ex 90. gradibus arcus semidiurni, & residuo adieceris inuentum tertium pro declinatione ad ortum; seu ipsum detraxeris ab ipso residuo pro declinatione ad occasum, mox prosiliet inuentum quartum horæ 23. & sic per detractionem quindenorum graduum pro qualibet hora, & postea per adiectionem, quando amplius non poteris detrahere, inuenta quarta singularum horarum patebunt. nam quum

15. gra-

15. gradus demere amplius non poteris, deme ipsum quod remanet ex 15. gradibus; postea semper adijcies 15. gradus, semper retro cedendo, & inuenta quarta prodibunt; quorum complementa uenient tuis operationibus opportuna.

Expeditis itaque huiuscemodi altitudinibus pro diuersis parietum inclinationibus, eas in vmbrarum partes, & minuta conuertere non erit difficile, prout infra per caput 26. huius explicabimus, sed prius alia expedienda sunt. Quòd si horologiorum tabulas condere uolueris, hasce narratas supputationes seruare seorsum operepreciũ erit; quippè eis postea indigebis, quum distantias horarias per doctrinam capitis 13. aut 14. huius expedire uolueris.

Easdem altitudines verticales ad superficiem polarem supputare. Cap. VI.

SVperficies polaris est illa, cuius axis mundi efficitur linea meridiana, atque cum ea vnitur in corporaturque; ab æquinoctiali circulo orthogonaliter secta. Ad cuius superficiem si forte horologia solaria struere delectet, horarum altitudines in hunc modum expedies.

1 Duc sinum complementi distantiæ horariæ in sinum complementi declinationis Solis, aut illius grádus cuius altitudinem scire desideres, & productum diuide in sinum totum, & extemplo arcus numeri sectionis altitudinem optatam indicabit. Lateraliter.

2 Pro horologijs verò lateralibus, hoc est orientalibus, & occidentalibus figurandis (quum huiuscemodi negocium admodum opportunum sit) accipitur semper sinus distantiæ horariæ multiplicandus cum complemento declinationis Solis, vt ex arcu numeri diuisionis, altitudo optata proueniat.

3 Si vero Sol fuerit in æquinoctiali, nulla alia supputatio erit necessaria; nam complementum distantiæ horariæ à meridiano dabit tibi altitudinem quam quærebas. Lateraliter.

Porro huiuscemodi distantiæ inuentu non erunt difficiles, quum arcus semidiurnus sex horarum spacio quibus 90. gradus debentur, præcisè contineatur. Hac autem via (adminiculo tabulæ vmbratum) tabulam declinationis muralis 90. graduum distantiæ à meridiano ad singulas horas condidimus.

Horarum inæqualium altitudines disquirere. Cap. VII.

HAud secus quam dictum est capitibus præcedentibus, horarum inæqualium altitudines tã in superficie horizontali, quam murali inscribere poteris, si prius earum distantias à linea styli non ignoraueris. Iccircò tabulam sequentem portiones horarias continentem, condidimus; quam si cum arcu semidiurno intraueris, quęrendo horarum, aut (quod idem erit) graduum arcus semidiurni numerum in ipsius summitate, & minutorum horarum, aut etiam graduum exuberantium quantitatem in sinistro latere; mox portio horaria in angulo communi prodibit, quæ erit etiam distantia vnius horę inæqualis à meridiano per gradus, & minuta æquinoctialis. Cui si adieceris totidem gradus, & minuta, duplicãdo ipsam, mox distantiã sequentis horæ conflabis, & sic cum reliquis.

Porrò quilibet gradus æquatoris valet quatuor minuta horæ: & cuilibet minuto horario debentur 15. minuta gradus.

TABVLA PORTIONIS HORARIAE arcus femidiurni pro horis inæqualibus figurandis.

Arcus femidiurnus.

Minuta horarum.	Minuta graduum.	H 1 G 15 G	M	H 2 G 30 G	M	H 3 G 45 G	M	H 4 G 60 G	M	H 5 G 75 G	M	H 6 G 90 G	M	H 7 G 105 G	M	H 8 G 120 G	M	H 9 G 135 G	M	H 10 G 150 G	M
0	0	2	30	5	0	7	30	10	0	12	30	15	0	17	30	20	0	22	30	25	0
4	1	2	40	5	10	7	40	10	10	12	40	15	10	17	40	20	10	22	40	25	10
8	2	2	50	5	20	7	50	10	20	12	50	15	20	17	50	20	20	22	50	25	20
12	3	3	0	5	30	8	0	10	30	13	0	15	30	18	0	20	30	23	0	25	30
16	4	3	10	5	40	8	10	10	40	13	10	15	40	18	10	20	40	23	10	25	40
20	5	3	20	5	50	8	20	10	50	13	20	15	50	18	20	20	50	23	20	25	50
24	6	3	30	6	0	8	30	11	0	13	30	16	0	18	30	21	0	23	30	26	0
28	7	3	40	6	10	8	40	11	10	13	40	16	10	18	40	21	10	23	40	26	10
32	8	3	50	6	20	8	50	11	20	13	50	16	20	18	50	21	20	23	50	26	20
36	9	4	0	6	30	9	0	11	30	14	0	16	30	19	0	21	30	24	0	26	30
40	10	4	10	6	40	9	10	11	40	14	10	16	40	19	10	21	40	24	10	26	40
44	11	4	20	6	50	9	20	11	50	14	20	16	50	19	20	21	50	24	20	26	50
48	12	4	30	7	0	9	30	12	0	14	30	17	0	19	30	22	0	24	30	27	0
52	13	4	40	7	10	9	40	12	10	14	40	17	10	19	40	22	10	24	40	27	10
56	14	4	50	7	20	9	50	12	20	14	50	17	20	19	50	22	20	24	50	27	20
60	15	5	0	7	30	10	0	12	30	15	0	17	30	20	0	22	30	25	0	27	30

Sed quo magis doctrina hæc elucefcat, gemina dabimus exempla, alterum fuperficie horizontali, alterum verò pro murali declinante ad occafum gradibus quinque fub latitudine 45. graduum, Sole principium Cancri poffidente, cuius arcus femidiurnus eft horarum 7. minutorum 43. Cum hoc igitur arcu ingredior præmiffam tabulam, & è regione 44. minutorum horarum (eò quod non reperiuntur 43.) & fub numero feptimo, comperio gradus 19. minuta 20. quibus (facta parte proportionali) detraho minuta 2. pro differentia, & fiunt prope modum minuta 18. Sunt enim gradus 19. cum minutis 18. portio nimirum vnius horæ inæqualis, & confequenter eius diftantia à meridiano, qua duplata, aggregantur 38. minuta 36. pro diftantia horæ fequentis, nempè octauæ aut quartæ inæqualis, nam computantur ab ortu Solis.

Lateraliter. Exploraturus igitur eius altitudinem fupra horizontem, duc finum ipfius horæ in finum cõplementi altitudinis poli nempè in 70710. & productum diuide per totum finum, & fublato arcu numeri partitionis à 90. gradibus, relinquitur inuentum primum, & fic deinceps procedo prout fuperius capite primo huius numero 3. dictum eft.

Ad alterum exemplum, hoc est in ſuperficie murali exequendum, cuius declinatio ad occaſum eſt graduum quinque, pro tropico Cancri ſic procedo. Habita ſupputatione vſque ad inuentum tertium, detraho ipſum, nempè gradus 7. minuta 5. à gradibus 38. minutis 36. diſtantiæ horariæ: & remanent gradus 31. minuta 31. pro inuento quarto. & ſic procedo iuxta ordinem capitis quinti huius, quoad peruenio ad eius altitudinem, quam tandem per caput 26. huius in umbram reſoluo, vt patet in præſenti formula.

Exempli formula horæ 2. à lin. ſtyli in declinatione murali, grad. 5. ☼ in ♋, lat. 45. grad.	G	M	Sinus	
Diſtantia horaria	38	36		
Inuentum tertium mi.	7	5		
Inuentum quartum	31	31	52274	*Lateraliter.*
Complem. inuenti pri.	45	13	70977	
Arcus à 90. minu.	21	47	37102	
Inuentum quintum	68	13	92853	*Areatim.*
Inuentum primum	44	47	70442	
Arcus à 90. min.	49	21	75862	
Reſiduum	40	39		
Declinatio Solis min.	23	30		
Inuentum ſextum	17	9	29417	*Lateraliter.*
Inuentum quintum	68	13	92859	
Altitudo optata h. 2.	15	54	27382	
Vmbra eius	42	7		

Altitudinem Solis ſupra horizontem, ac etiam in qualibet ſuperficie, alio & pulchriori modo quam dictum eſt per totum terrarum orbem expedire. Cap. VIII.

POteris porrò (præter cæteras doctrinas, quas hactenus tradidimus) alio & breuiori, ac faciliori modo altitudinem Solis ſupra horizontem ac etiam in qualibet ſuperficie, quacunque hora & minuto tibi libuerit, vbi vis gentium indagare, idque in hunc modum.

1 Exploraturus igitur altitudinem Solis ſupra horizontem, primo duc ſinum complementi declinationis Solis, in ſinum diſtantie eius à meridiano: & productum diuide in ſinum totum, & arcus numeri diuiſionis à 90. gradibus ſublatus dabit inuentum primum; quod erit etiam diſtantia Solis ab ortu æquatoris numeratum. Huius inuenti primi tibi propone vnà cum ſinu declinationis Solis; horum minorem duc in ſinum totum, & productum diuide in maiorem; & arcum ex numero diuiſionis prouenientem adde ad complementum altitudinis poli pro ſignis borealibus: aut ab eo complemento detrahe ipſum numerum pro ſignis auſtralibus, & emerget inuentum ſecundum. Igitur ſi hoc inuentum ſecundum fuerit præcisè quadra circuli, tum Solem ipſum eſſe in circulo verticali argumento erit. ideo pro eius altitudine accipe inuentum primū. *Lateraliter. Areatim.*

Exempli formula horæ 22. ſub lat. graduum 45. Sole in ♋.	G	M	Sinus	
Arcus ſemidiurnus	115	46		
Pro hor. 22. min.	30	0		
Diſt. Solis à meridiano	85	46	99727	*Lateraliter.*
Compl. decli. Solis	66	30	91706	
Arcus a 90. minuen.	66	9	91455	
Inuentum primum	23	51	40434	*Areatim.*
Declinatio Solis	23	30	39874	
Arcus num. diuiſionis	80	27	98615	
Compl. alt. pol. adden.	45	0		
Summa à 180. min.	125	27		
Inuentum ſecundum	54	33	81462	*Lateraliter.*
Inuentum primum	23	51	40434	
Altitudo optata h. 22.	19	14	32936	

Si vero quadrantem ſuperauerit: ſubtrahe ipſum à ſemicirculo, & ſic remanebit inuentum ſe-

 cundum.

cundum. Sinum tandem huius inuenti secundi duc in sinum inuenti primi, & productum diuide in totum: mox arcus numeri sectionis monstrabit altitudinem Solis supra horizontem quę quærebas. vei bi gratia.

Pono quod Sol sit in tropico Cancri, & sit hora 22. cupiens scire quota sit eius altitudo supra horizontem sub eleuatione polari 45. graduum, sic operor. Primum minuo gradus 30. ex gradibus 115. minutis 46. arcus semidiurni pro distantia horaria à meridiano ad ipsam horam 22. cuius remanent gradus 85. minuta 46. cuius sinus est 99727. Hæc duco in sinum declinationis Solis nempè in 91706. & prouenitur ex numero sectionis gradus 66. minuta 9. quæ minuo ex quadra circuli, relinquuntur gradus 23. minuta 51. nempè inuentum primum. & sic deinceps procedo quoad peruenio ad altitudinem Solis ad horam 22. graduum 19. minutorum 14. vt patet in hac formula.

Cautiones admodum necessariæ.

2 Si distantia horaria quadrantē superauerit eam ex dimidio circulo minue, & residui sinum *Latera. liter.* duc in sinū complemēti declinationis, & productum diuide in sinum totum vt prius, mox arcus numeri sectionis à 90. gradibus sublatus relinquet inuentum primum. Huius inuenti primi sinum tibi propone vnà cum sinu declinationis Solis: horum minorem duc in totum sinū, *Areatim.* & productum diuide in maiorem; de arcu numeri sectionis minue complementum altitudinis poli, & quod remanet erit inuentum *Latera. liter.* secundum. Tandem duc sinum huius inuenti secundi in sinum inuētu primi, & productum diuide per totum; mox arcus numeri sectionis dabit altitudinē quam quærebas. Sed ne hic desideres exemplum, en assumam horam 23 tropici Cancri cuius distantia à meridiano est graduum 100. minutorum 46. sub latitudine 45. graduum. Hæc minuo ex 180. gradibus remanent gradus 79. minuta 14. quorum sinus est 98239. ducenda in 91706. complementi declinationis Solis: & producto diuiso in totum sinum, emergunt in numero sectionis 90091. quorum arcus est graduum 64. minutorum 17. minuenda ex quadrante vt relinquatur inuentum primū, & sic procedo quo ad peruenio ad altitudinem optatam quæ est graduum 9. minuta 16. prout in hac formula intuenti patet.

Exempli formula horæ 23.			
Sole in ♋, sub latitud. 45. grad.	G	M	Sinus
Arcus semidiurnus	115	46	
Pro hor. 23. minuen.	15	0	
Dist. à merid. ex 180. mi.	100	46	
Residuum	79	14	98239
Compl. decl. Solis	66	30	91706
Arcus à 90. minu.	64	17	90091
Inuentum primum	25	43	43392
Declinationis Solis	23	30	39874
Arcus num. diuisionis	66	46	91891
Compl. altitud. poli mi.	45	0	
Inuentum secundum	21	46	37082
Inuentum primum	25	43	43392
Altitudo oprata h. 23.	9	16	16090

Latera. liter. (beside Residuum – Arcus à 90. minu.); *Areatim.* (beside Inuentum primum); *Latera. liter.* (beside Inuentum secundum – Inuentum primum)

3 Quod si distantia horaria fuerit præcisè quadra circuli, duc sinum altitudinis poli in sinum *Latera. liter.* declinationis Solis, & productum diuide in sinum totum: mox arcus numeri sectionis monstrabit tibi altitudinem quæsitam.

4 Si autem Sol fuerit in æquinoctialis, pete cautionem secundam capitis primi huius pro superficie horizontali: aut doctrinam capitis tertij aut quinti, pro murali: ducendo scilicet sinū complementi distantiæ horariæ, aut (pro murali) inuenti quarti, in sinum complementi altitudinis poli, aut complementi inuenti primi: nam arcus numeri sectionis dabit altitudinem quęsitā.

5 Poteris insuper huiuscemodi methodo vti ad supputandas omnes altitudines in quauis erecta superficie licet pendula sit & inclinata, sumendo semper inuentum quartum pro distantia horaria, & inuentum, primum pro altitudine poli, & eius complementum pro complemento altitudinis poli: & æquiuocare signa, hoc est quod australia habeantur pro borealibus, & è conuersò, & cum eorum finibus procedere per ordinem quo ad peruenias ad ipsas altitudines.

6 Verum si inuentum quartum fuerit præcisè quadra circuli, duc sinum declinationis Solis in sinum

in ſinum inuenti primi altitudinem poli in illa ſuperficie repræſentantis & productum diuide in totum ſinum, arcus enim numeri ſectionis dabit altitudinem optatam. *Lateraliter.*

Cæterum nolo te lateat, quod huiuſcemodi ſupputationes ſeorſum ſerues, ac etiam principium cuiuſuis inuenti primi. Nam in ſupputandis horarũ diſtantijs ſingula venient opportuna.

Horarum altitudines in ſuperficie pendula meridiem præcisè ac ſeptentrionem aſpiciente facilè explorare. Cap. IX.

HIc intelligendum eſt quando ſuperficies directè meridiem verſus, aut ſeptentrionem inclinatur, quemadmodum ſunt tecta quarundam ſacrarum ædium, quæ antiquitus tali induſtria extreui ſolebant, vt ortum præcisè proſpicerent æquinoctialis, hinc neceſſario tecta earum vergebant ad meridiem, & ſeptentrionem Si igitur ad huiuſcemodi ſuperficiem horarum altitudines habere deſideres, explora prius per caput 51. huius (altipolario inſtrumento ſuppeditante) quanta ſit altitudo poli ſuper ipſa ſuperficie à filo contacta, & eam altitudinem (quæcunque ea ſit) ſeorſum ſeruabis.

1 Igitur ſi altitudo ipſa eleuetur ſuper horizontem operabis iuxta traditiones cap. 28. lib. 7. & conſtitue horologiorum perinde ac ſi ſuperficies eſſet horizontalis.

2 Quòd ſi altitudo ipſa ceciderit ſuper gradus qui ſunt ſupra verticẽ, tunc cõſtitue horologium iuxta doctrinam capitis prędicti perinde ac ſi ſuperficies eſſet quouis modo eleuata, dũmodo non declinet neque dextrorſum, neque ſiniſtrorſum, quia ſi ſic contingeret, uti poſſes doctrina capitis ſequentis.

Pro quauis ſuperficie pendula, & inclinata, quo pacto horarum altitudines ſupputentur. Cap. X.

SVperiori capite mentionem feci de pendulis ſuperficiebus meridiem duntaxat, aut ſeptentrionem præcisè aſpicientibus: ſed quoniam difficillimum eſt inuenire ſuperficiem, cuius aſpectus à quauis mundi plagas penitus aliqua ex parte non declinet; ideo operepretium hic duxi facere mentionem de eis, quæ propter eorum exorbitationem ita inclinata ſunt, quod neque meridie, neque ſeptentrionem, neque zenith capitis ullo pacto proſpiciunt, quemadmodum ſunt tecta plana domorum, quę neglecto certo cœli ſitu nullam mundi plagam precisè ſeruant, & quamuis capitulum præſens multos, & varios caſus habere poſſit ſecundum diuerſas, & penè infinitas plagarum inclinationes, qui ſine labore non modico fortaſſe vix attingi poſſe videbuntur; ope tamen diuina fretus, huiuſcemodi prouinciam (licet ardua, & difficilis ſit) perſequutus ſum, quam ſumma facilitate tradere conabor.

Oblata igitur pẽdula quauis, & inclinata ſuperficie ſi volueris ad eandem horarum altitudines ſupputare, explora prius per caput 51. huius, (altipolario inſtrumento ſuppeditante) gradum altitudinis poli ſuper ipſa ſuperficie à filo contactum, & eam altitudinem (quæcunque ea ſit) ſeorſum ſerua. Deinde per caput 25. huius, numero 4. declinationem illius ſuperficiei, ſiue ad ortum ea ſit, ſiue ad occaſum diligenter obſerua, & eam ſimiliter altitudinem obliuioni ne tradas.

1 Igitur ſi altitudo poli prius explorata ceciderit ſuper gradus in altitudine horizontali, duc *Lateraliter.*
ſinum altititudinis eiuſdem poli in ſinum complementi declinationis eius, & productum diuide in ſinum totum, mox arcus numeri diuiſionis dicetur inuentum primum. Huius inuenti primi accipe complementum, cuius ſinum tibi propone vnà cum ſinu complementi altitudinis illius poli ſuper illa ſuperficie, horum minorem duc in totum ſinum, & productum diuide in maiorem: arcus autem numeri ſectionis à 90. gradibus ſublatus relinquet inuentum ſecundum. Huius inuenti ſecundi ſinum tibi propone vnà cum ſinu altitudinis poli ſuper illa ſuperficie; horum minorem duc in totum ſinum, & productum diuide in maiorem; arcus autem numeri partitionis dicetur inuentum tertium. His igitur tribus inuentis habitis, procede eo modo, quo dictum eſt capite quinto, uel 8. huius addendo inuentum tertium ad arcum ſemidiurnum prode- *Arcum.*

clinatione

clinatione ad ortum; aut detrahendo pro occidua, ut proueniat inuentum quartum ad horam 24. & sic per quindenorum graduum detractionem, & postea per eorum additionem, inuenta quarta singularum horarum patebunt, prout dictum est supra. Sed ne hic desideres exemplum, en tibi proponam quandam superficiem pendulam, declinantem ad ortum gradibus 50. cuius altitudo poli supra horizontem est graduum 30. in illa superficie. Duco igitur 50000. sinus altitudinis poli in 64270. sinus complementi declinationis illius, & producto diuiso per totum sinum, proueniunt ex numero sectionis gradus 18. minuta 45. nempè inuentum primum cuius complementi sinum vnà cum sinu altitudinis poli in superficie illa mihi propono, & minore Areatim. ducto in torum, & producto diuiso per maiorem, mox ex numero sectionis proueniunt gradus 66. minuta 9. quibus ex 90. gradibus demptis, relinquuntur gradus 23. minuta 51. nempè inuentum secundum, & sic deinceps procedo quoad peruenio ad inuentum tertium, ut patet in hac formula.

Exempli formula superficiei pendulæ.	G	M	Sinus	
Declinatio ad ortum	50	0		
Complementum eius	40	0	64278	Lateraliter.
Altitu. poli in superficie	30	0	50000	
Inuentum primum	18	45	32139	
Compl. inuenti primi	71	15	94693	Areatim.
Compl. altitud. poli in superfi.	60	0	86602	
Arcus à 90. minu.	66	9	91455.	
Inuentum secundum	23	51	40460	Areatim.
Altitu. poli in superficie	30	0	50000	
Inuentum tertium	54	1	80920	

His itaque tribus inuentis habitis, addo inuentum tertium nempè gradus 54. & vnum minutum ad gradus 115. minuta 46. arcus semidiurni tropici Cancri, & conflantur gradus 169. minuta 47. pro inuento quarto horæ 24. & quoniam exemplum dare intendo horæ 18. (nam vltra huiusce terminum Sol ipse superficiem ita inclinatã radiare nequit in ipso tropico existẽs) ideo demo ab inuento quarto gradus 90. & remanent gradus 79. minuta 47. pro inuento quarto horæ 18. Huius inuenti sinum nempè 98414. duco in 91706. sinus complementi declinationis Solis, & Lateraliter. producuntur 9025154284. quibus diuisis per totum sinum relinquũtur 90251. quorum arcus est graduum 64. minutorum 29. quibus à 90. gradibus subtractis, relinquuntur gradus 25. minuta 31. & hæc voco inuentum primum & sic deinceps procedo iuxta ordinem capitis 8. huius, quoad peruenio ad altitudinem horæ 18. quam deprehendo esse graduum 16. minutorum 25. vt patet in hac formula, quam in exemplo prædictorum subiungere uolui.

Exempli formula horæ 18. in superficie pendula sub latitud. 45. grad.				
Sol in Cancro	G	M	Sinus	
Arcus semidiurnus	115	46		
Inuentum tertium addẽ.	54	1		
Inuent. quartum h. 24.	169	47		
Pro hor. 18. minuen.	90	0		
Inuent. quartum h. 18.	79	47	98414	Lateraliter.
Compl. decli. Solis	66	30	91706	
Arcus à 90. minu.	64	29	90251	
Inuentum primum	25	31	43077	Areatim.
Declinationis Solis	23	30	29874	
Arc. addend. compl. alt. pol.	64	46	92564	
Compl. altit. pol. in superfi add.	71	15		
Summa minuen. à 180.	139	1		
Inuentum secundum	40	59	65583	Lateraliter.
Inuentum primum	25	31	43077	
Altitudo optata h. 18.	16	25	28250	

Reliqua uero etsi infra digesta sint; tamen quo facilius tabularum ordinẽ percipere ualeas, hic operepretium duxi vlterius procedendum. Ad inuestigandum igitur arcum verticalem huius horę quem Arabes Azimuth vocãt, hoc est distantiam eius à linea styli nempè à semidiametro Crucialari 70 aut 79. Vel CA. aut AE. figuræ cap. 29. lib. 7. sic procedo. Duco inuenti, quarti sinum in sinum complementi declinationis Solis, & productum diuido per sinum totum, & prouenĩt in numero sectio-

nis

nis 90251. inuentum primum. Hoc autem quum ſit minus, duco in totum, & productum diuido per 95931, ſinus complementi altitudinis horæ, & proueniunt ex arcu numeri ſectionis grad. 70. minuta 11. diſtantia nimirũ quam cupiebam à puncto C verſus B computanda ut patet in hac formula. Hæc enim diſtantia vnà cum reliquis horarum principijs huius tropici contingunt vltra diametrum B D quum inuentum primum vicem gerens altitudinis poli, ſit minus quam declinatio Solis. Ideo non opus eſt amplius circuli verticalis altitudinem indagare. Eandem operationem ago cum reliquis.

Exempli formula Azimuth.			
Horæ 18.	G	M	Sinus
Inuentum quartum	79	47	98414
Complement. dec. So.	66	30	91706
Inuentum primum			90251
Complem. altitud.	73	36	95931
Azimuth horæ 18.	70	11	94070

Latera aliter.

Arearum.

Documentum.

QVum autem huius tropici Cancri horarum principia in medietate circuli ſuperiore, hoc eſt in parte C B E D atque modo citra, modo vltra ſtyli lineam ipſa uagari neceſſum ſit; ideo ab horis veſpertinis retrocedendo vſque vltra 13. horam (quum ibi lineæ ſtyli ſit tranſitus) quælibet earum puncta contingunt in quadrante C B. reliquæ vero in altero ei conſimli nempè C D. vltra lineam ipſam extenduntur. De alijs uero punctis, puta æquinoctialis, & alterius tropici nulla omnino eſt ambiguitas, pręter quam in trãſitu lineæ ſtyli, quum infra diametrum B D. deputentur, iccircò quæ ſunt ante lineam ſtyli, hoc eſt temporis veſpertini, in quadrante B E: poſt uerò, in altero B E D veniunt inſcribendæ.

Sequitur methodus.

EXpeditis horarum diſtantis per quadrantes paſſim diſtributis, reduc eas ad integrum circulum, primo à linea ſtyli, poſtea à linea perpendiculari, idque in hunc modum, ſi ipſæ contingant in quadrante B E. nihil addas, ſed ſcribe eas ut ſunt. Si in quarta C B. deme eas à ſemicirculo. Si in quarta C D adde eis ſemicirculũ. Tandem ſi in quarta D E minue eas à toto circulo; ſic enim à linea ſtyli ſingulas earum diſtantias computatas habebis, & hæc operatio ſufficit pro qualibet ſuperficie horizontali, & verticali. Sed ſi ipſa ſuperficies per aliquam partem ab alterutra iſtarum plagarum declinauerit, tunc ſingulis diſtantijs addes inuentum ſecundum pro muris ortiuis: aut demes pro occiduis, Verùm ſi ſuperficies fuerit pendula ortiua, ac eleuatio poli ſit in gradibus ſupra horizontem (vt hæc de qua ſuperius mentionem fecimus) poſt reductionem ſingularum à linea ſtyli, minue ab ipſis inuentum ſecundum; & è conuersò ſi fuerit occidua. At ſi eleuatio poli contingat ſupra uerticem, addes ſingillatim inuentum ſecundum pro declinatione ad ortum: ſi ſecus, facies è contra, & tandem habebis diſtantias ſingularum à linea perpendiculari, & hæc ſufficiunt pro prima parte huius capitis.

2 Si verò altitudo poli prius per caput 51. huius explorata in illa ſuperficie fuerit ſupra uerticem; duc ſinum complementi ipſius altitudinis in ſinũ complementi declinationis eius, & productum diuide in ſinum totum; mox arcus numeri ſectionis dicetur inuentum primum. Cum hoc igitur inuento primo procedes eo modo quo dictum eſt prædicto capite 5. huius, accipiendo poſtea inuentum quartum pro diſtantia horaria, & opus continuando iuxta eius traditionẽ. aut etiam (ſi mauis) per doctrinam capitis 8. huius numero 5. ſic enim ſingularum horarum altitudines ad quamcunque ſuperficiem expedire poteris. & quoniam res per ſe facilis eſt nec vllo exemplo opus eſſe reor, ideo pertranſeo.

Horam diurnam cum suis partibus ex altitudine Solis supra horizontem accuratissimo calculo disquirere.

Cap. - X. I.

DOctrina hæc penitus inuersa est à superiore capitis primi; in ea enim docuimus per horam diurnam inuenire altitudinem Solis supra horizontem; per hanc autem è conuersò, hoc est, ex ipsius altitudine hora ipsa cum suis partibus perscrutatur. Quæ quidem quamuis horologijs figurandis minimè conducat: tamen quum his qui primi mobilis actiones tractant, plurimæ vtilitati sit (præcipuè in genituris, electionibus, interrogationibus, & huiusmodi) eam putaui omitti vtique non debere. Igitur si te forte delectet peculiares condere tabulas tuæ regioni inseruientes per quas distantia Solis à meridiano, & consequenter hora diurna ex ipsius altitudine, quotiescunque opus fuerit, explorari possit, ages in hunc modum.

1 Per caput 43. huius quare declinationem Solis, quæ si fuerit septentrionalis adde eam complemento altitudinis poli; vicissim subtrahe eam, si sit Sol in signo australi, & proueniet altitudo meridiana. Sinum altitudinis meridianæ duc in sinum totum, & productum diuide in *Arcatim.* sinum complementi altitudinis poli, & numerum partitionis dic inuentum primum. Deinde duc etiam sinum altitudinis Solis supra horizontem tempore tuæ obseruationis in sinum totum, *Arcatim.* & diuide productum in sinum complementi altitudinis poli, & numerus partitionis erit inuentum secundum. Vtroque hoc inuento habito, subtrahe secundum à priore (semper enim est minus) reliquum rursus duc in totum, & productum diuide in sinum complementi gradus *Arcatim.* declinationis Solis, & quotiens uocabitur inuentum tertium, quod si minus fuerit sinu toto, subtrahe ipsum à toto sinu, & arcum residui iterum de 90. gradibus subducto, remanebit arcus distantiæ Solis à meridiano. Sed si hoc inuentum tertium maius fuerit toto sinu, subtrahe hinc sinum totum, & arcum residui huius adde ad 90. gradus, sicque habebis arcum ante, vel post meridianum. Eum si per caput 39. huius in horas, & suas fractiones conuerteris, mox hora quam optabas prodibit.

2 Facilius autem, Sole æquinoctium possidente distantiam eius à meridiano obtinebis, *Arcatim.* idque in hunc modum. Duc sinum altitudinis Solis tempore obseruationis in totum sinum; & productum diuide per sinum complementi altitudinis poli: nam arcus numeri diuisionis à 90. gradibus sublatus, dabit distantiam optatam.

Horas noctu per stellas explorare.

IDem in stellis efficere poteris, fabricando tabulam particularem ad quancunque tibi libuerit stellam; qua quum uti uolueris pro horis nocturnis inuestigandis, ages in hunc modum. Nocte serena, horam stellæ cum suis partibus explora, & seorsum serua. Deinde ascensionem obliquam Nadir occasus stellæ detrahe ab ascensione obliqua Nadir loci Solis, & hanc differentiam similiter surripe ab hora stellæ in gradus, & sua fragmenta conuersa, & protinus hora noctis cum suis partibus remanebit. Verbi gratia, Cupio scire quota hora sit noctis diem sextam Iulij sequentis, idque per altitudinem spicæ Virginis, quæ in parte occidua supra nostrum hemisphęrium eleuata fuit gradibus 19. indicantibus 22. horam. Subtraxi igitur gradus 6. minuta 39. Nadir occasus ipsius stellæ à gradibus 318. minutis 4. Nadir Solis 23. gradum Cancri occupantis, & remanserunt gradus

Exempli formula spicæ virginis Sol in 23. grad. 60. latitud. 45. grad.

	G	M
Ascensio obliqua Nadir Solis	318	4
Ascen. obliqua Nadir occ. stel. m.	6	39
Distantia stellæ à sole	311	25
Horæ 22. in grad. redactæ	330	0
Distantia Stellæ à Sol. min.	311	26
Distantia Solis ab occas.	18	35
Hora noctis optata	1-	14

311. minuta 25, distantiæ nimirum stellæ à Sole. Hanc deinceps distantiam demum aufero ab horis 22. in gradibus resolutis, nempè à gradibus 330. & remanent gradus 18. minuta 35. efficientia horam vnam cum minutis 14. tempus nimirum optatum post occasum Solis, vt patet in hac formula. Atque idem seruatur in reliquis. Porrò ascensionem obliquam tam occasus stellæ, quam Nadir Solis, habebis superius per doctrinam capitis 41. huius.

Et quoniam hæc, & pleraque alia, quæ etiam ex nonnullis tabulis primæ partis elici possunt (quum horologiorum quidem fabricis parum conducant) adiecta sunt in modum corollarij: ideo verborum breuitate vicisque vsus sum. Verum si explicationem de his notitiam habere desideres, ea petes ex capite 49. quinti tractatus viridarij ipsius Paduanij. In eo enim singula, quæ ad huiuscemodi negocium attinent, abunde explicata comperies.

Altitudinem Solis in circulo verticali breuiter determinare. Cap. XII.

Verticalium circulorum nostris operationibus magis idoneus est ille qui transit per ortum & occasum æquatoris, & per zenit capitis nostri, diuiditque horizontem & meridianum ad angulos rectos, ad quem Sol peruenire non potest, nisi sit in aliquo signorum septentrionalium. Per huiuscemodi aūt altitudinem scimus in qua circuli horizōtalis medietate horarum principia an ne in septentrionali, an in meridionali inscribenda sint. Similiter in superficie erecta, quum horarum loca præcipuè matutinarum aut vespertinarum tropici superioris (nam de altero tropico & æquinoctiali, eò quod sub diametro peripheriæ B D cadant, minimè ambigendum est ignoretur quandoque anne supra, an infra ipsam lineam collocanda sint, per huiuscemodi circulum ambiguitas omnis penitus tollitur, prout infra proprijs locis recensebimus.

1 Exploraturus igitur altitudinem Solis in circulo uerticali, propone tibi sinum altitudinis poli in tua regione supra horizontem, & sinum declinationis Solis, horum minorem duc in totum sinum, & productum diuide in maiorem. mox arcus numeri partitionis monstrabit tibi altitudinem quæsitam quæ nulla erit, si Sol ipse fuerit in æquinoctiali. Sed quamuis operatio hæc per se facilis sit, breui tamen exemplo rem melius aperire conabor, idque tropici Cancri sub latitudine 45. graduum, cuius declinatio est graduum 23. cum dimidio, eius sinus est 39874. sinus autem latitudinis regionis est 70710. *Arealum*

Duc igitur 39874. in totum sinum, & productum diuide per 70710. & extemplo conflatur in numero sectionis 56390. quorum arcus est graduum 34. minutorum 20. prout in hac formula intuenti patet.

Exempli formula tropici ♋.	G	M	Sinus
Altitudo poli	45	0	70710
Declinatio Solis	23	30	39874
Altitudo optata	34	20	56390

Arealum.

2 Haud dissimiliter operaberis pro horologijs muralibus, ducendo semper sinum declinationis Solis tanquam minorem in totum, & productum diuidendo per sinum altitudinis poli super oblata superficie, scilicet per sinum inuenti primi. nam arcus numeri sectionis erit altitudo optata. Huiusce operationis exemplum dabimus cuiusdam superficiei ad ortum declinatis gradibus 55. sub latitudine 45. graduum, Sole principium Capricorni possidente (nam signa australia efficiuntur borealia in superficie erecta.) Altitudo poli in ipsa superficie est graduum 23. minutorū 56. cuius sinus est 40567. sinus uerò declinationis Solis est 39874. Hunc tanquam minorem duc in totum, & productum diuide in maiorem, ac tandem proueniūt in numero sectionis 98291. quorum arcus graduū 79. minutorum 24. altitudo nimirum desiderata *Lateraliter.*

Exempli formula declinationis ad ortum grad. 55. tropici ♑.	G	M	Sinus
Altitud. poli in superficie	23	56	40567
Declinatio Solis	23	30	39874
Altitudo Solis in circulo verticali super murum	79	24	98291

Arealum.

derata

derata Solis in circulo verticali super oblata superficie declinante ad ortum 55. gradibus.

3 Quòd si altitudo illa polaris in superficie erecta quæ est inuentum primum, fuerit minor declinatione Solis: tunc locum styli ultra tropicum Capricorni processisse argumento erit. Itaque horarum principia illius tropici in medietate circuli superiore uenient inscribenda, nec amplius uerticali circulo operepretium erit prout in capite sequenti fusius explicabimus.

Azimuth, hoc est distantiam Solis horizontalem à linea meridiana in superficie plana; seu uerticalem à linea styli in superficie erecta, ad singulas diei horas concludere. Cap. XIII.

AZimuth (Arabico sermone sic dicti) sunt circuli, aut (si mauis) arcus in cœlo imaginati, qui in superficie plana transeuntes per zenith capitis nostri diuidunt orthogonaliter horizontem, ac totum hemisphærium in quaslibet partes, de quorum numero est meridianus & circulus quem vocamus verticalem. At in superficie verticali transeunt per intersectionem meridiani circuli & horizontis, & diuidunt similiter circulum uerticalem in totidem partes perinde ac de horizonte dictum est. Per hos autem scimus in qua mundi parte Sol, aut stella aliqua oriatur aut occidat: seu quantum elongetur à meridiano, verum in horologijs nostris vtimur eis duntaxat ad situandas horas, idque pro geminis tropicis, & æquinoctiali, & uocamus eos arcus horizontales, aut verticales. Et quoniam institutio nostra est prius de horizontali superficie tractare, quam de uercali: ideo ad horizontalia solaria nostrum in primis conuertemus sermonem.

2 Igitur si distantiam Solis horizontalem indagare uolueris, ages in hunc modum. Duc sinum distantiæ horariæ à meridiano (dando pro qualibet hora 15. gradus) in sinum complementi altitudinis Solis, & productum diuide per totum sinum: numerus autem sectionis uocari poterit inuentum primum. Mox propone tibi hoc inuentum, vnà cum sinu complementi altitudinis Solis ad eandem horam per caput primum huius, aut quouis alio modo repertę. Horum minorem duc in totum sinum, & productum diuide in maiorem; illicò arcus numeri sectionis dabit tibi distantiam optatam: meridionalem quidem, si Sol austrinam perambulauerit eclipticæ partem, borealem autem, si aquiloniam possidebit, modo ipsius Solis altitudo minor sit ea quam habet in circulo verticali, nam si fuerit maior, ipsa horizontalis distantia, meridiana uenict adhuc nuncupanda, quanquam Sol in boreali sit eclipticæ medietate. Ideo recurrendum est ad doctrinam capitis præcedentis, ut sciatur quanta sit altitudo Solis in verticali circulo; qua cognita, horas tam vespertinas, quam matutinas tropico Cancri deputatas, ad proprium mundi situm dirigere facilè poteris, addendo scilicet ipsam distantiam ad 180. gradus, seu ab eis detrahendo ipsam, ut distantia horizontalis à linea meridiana emergat. Idem in superficie verticali intelligendum est, prout infra de hac re fusius explicabimus. Huius autem operationis dabimus tale exemplum pro superficie horizontali.

Lateraliter. *Areatim.*

3 Proponitur mihi hora 22. ab occasu, Sole principium Cancri possidente sub latitudine 45. graduum, cuius distantiam à linea meridiana scire desidero. Declinationis Solis complementi sinus est 91706. Distantia horaria est graduum 85. minutorum 46. cuius sinus est 99727. Duco igitur alterum in altero, & productum diuido per totum sinum, & prouenuint in numero sectionis 91455. nempè inuentum primum. Hoc inuentum, quum sit minus, duco in totũ sinum, & productum diuido per sinum complementi altitudinis Solis, scilicet per 94466. & illicò constantur 96812.

Lateraliter. *Areatim.*

Exempli formula horæ 22. Italicæ Sole in ♋. latitudo 45.

	G	M	Sinus
Distantia horæ 22.	85	46	99727
Compl. decli. Solis	66	30	91706
Inuentum primum			91455
Compl. alt. Solis.	70	51	94466
Distantia à septentrione minuenda à 180. grad.	75	30	96812
Distantia à linea merid.	104	30	optata

Lateraliter. *Areatim.*

quorum

quorum arcus est graduum 75. minutorum 30. distantia nimirum à septentrione occasum versus, eò quod altitudo ei, supra horizontem fit minor altitudine circuli verticalis. Hanc deinceps distantiam minuo ex 180. gradibus, & remanent gradus 104. cum minutis 30. quæ est distantia a linea meridiana, quam quærebam, ut patet in hac formula. Idem cum reliquis agendum erit.

Hoc autem semper animaduertendum est, quod sicut pro horis uespertinis minuitur ipsa distantia ex dimidio circulo: sic pro matutinis additur. Pro reliquis uerò horis, si fuerint ante meridiem, detrahitur ipsa distantia à toto circulo nempè à gradibus 360. si post, nec additur nec minuitur, & hoc fit in horologijs horizontalibus; nam in uerticalibus alia ratio adhibenda erit, prout in sequenti doctrina explicabimus, Atque de his satis.

4 Si autem memorata distantia fuerit præcisè quadra circuli, cui debentur gradus 90. duc sinum complementi declinationis Solis in sinum totum, & productum diuide per sinum complementi eiusdem altitudinis, mox arcus numeri sectionis dabit Azimuth seu distantiam quam quærebas. In exemplo offertur mihi hora sexta pomeridiana distans per gradus æquatoris à meridiano gradibus 90. Sole similiter tropicum Cancri possidente, cuius distantiam horizontalem à linea meridiana scire desidero. Complementum eius altitudinis ad ipsam horam sextam sub latitudine 45. graduum est graduum 73. minutorum 37. cuius sinus est 95939. Duco igitur 91706. sinus complementi declinationis Solis in totum, & diuiso producto per 95939. proueniunt ex arcu numeri partitionis gradus 72. cum minutis 55. distantia nimirum optata in meridietate orientali nempè C B E. notanda. Et quoniam altitudo Solis est minor altitudine eius in circulo verticali, ideo pronuncio ipsam distantiam esse numerandam à septentrionali plaga occasum versus, eò quod sit pomeridiana, scribendo tamen eam in parte orientali; iccircò demo ipsam à semicirculo, & relinquuntur gradus 107. minuta 5. distantia nimirum optata à linea meridiana sinistrorsum procedendo, hoc est orientem uersus, vt patet in hac formula. Pro distantia uero horæ sextæ matutinæ habenda, addo eidem distantiæ semicirculum, & habeo gradus 252. minuta 55. distantiam nimirum horizontalem à memorata linea meridiana, & in parte occidua accommodandam. *Arcatim.*

Exempli formula horæ 6. pomerid. Sole in Cancro.	G	M	Sinus
Complem. declinat. Solis	66	30	91706
Compl. altitud. Solis	73	37	95939
Dist. à sept. min. à 180.	72	55	95588
Dist. à linea meridiana	107	5	optata

5 Quòd si distantia Solis horaria à meridiano quadrantem superauerit, deme ipsam à semicirculo, & cum residuo procede vt prius. Et habebis distantiam à septentrione, qua sublata à semicirculo, mox distantia optata à linea meridiana proueniet.

6 Facilius autem Sole equinoctia possidente, opus hoc absolues, idque in hunc modum. Duc sinum distantiæ Solis à meridiano (in circulo similiter horario computatæ) in sinum totum, & productum diuide per sinum complementi datæ Solaris altitudinis. Nam inde generati sinus collectus arcus propositum indicabit arcum. Et hæc pro horologijs horizontalibus sint satis. *Arcatim.*

7 Si verò Azimuth pro superficie erecta habere uolueris, omnes illas operationes, quas capite 5. huius tradidimus, habere in promptu operæprecium erit. Quibus præparatis, assumes pro distantia horaria à meridiano, inuentum quartum, præterquam in 12. hora meridiana (si de horis à meridie agatur) quia sumitur semper inuentum tertium, ducendo eius sinum in sinum complementi declinationis Solis: & sic proceditur vt prius. Et quoniam de horis Italicis in hoc capite magis tractare intendo quam de alijs (licet doctrina hęc generalis sit) ideo exemplū dabimus horæ 15. ab occasu computatę pro declinatione murali graduum 55. ortum versus, sub latitudine 45. graduum, Sole principium Capricorni possidente. Inuentum igitur quartū ad ipsam horam per doctrinam ipsius capitis quinti, numero 6. repertum, est graduum 7. minutorum 7. cuius sinus est 12389. Hæc itaque duco in sinum complementi declinationis Solis, nempè in 91706. & diuiso producto per totum sinum, prouenient ex numero sectionis

11361. nempè inuentum primum. Quo ducto in totum ſinum, & diuiſo producto per 11378. ſinus complementi altitudinis, emergunt in numero ſectionis. 99850. quorum arcus eſt graduũ 86. minutorum 52. diſtantia nimirum optata, ut patet in hac formula.

Lateraliter. Areatim.

Exempli formula horæ 15. ad declinationem ortiuam grad. 55. Sole in ♑. latit. 45. grad.	G	M	Sinus
Diſtantia horaria	7	7	12389
Complem. declin. Solis	66	30	91706
Inuentum primum			11361
Compl. altitud. Solis	6	32	11378
Diſtan. horæ 15. optata	86	52	99850

Lateraliter. Areatim.

Aspice figuram sub c.29. li.7.

Hæc autem diſtantia deputari debet à ſemidiametro E. uerſus B, quum inuentum quartum methodi capitis quinti huius (quod eſt diſtantia horaria à linea ſtyli) progreſſum ſit ultra ipſam lineam atque eius altitudo ſit maior altitudine circuli uerticalis. Hora uero 16. huiuſce ſuperficiei, quamuis contingat ſub diametro B. D, quum ſit quoque maioris altitudinis quam altitudo circuli uerticalis: tamen ſupputatur in quadrante E D. Reliquæ uero huiuſce tropici horæ quum non accedant ad ipſam altitudinẽ, ideo in ſuperiori peripheriæ parte ſedem habere debent.

Areatim.

8 Pro diſtantijs autem horarum æquinoctialis ſupputandis, accipies ſimiliter ſinum inuenti quarti capitis quinti huius, & eum duces in ſinum totum, & productum diuide per ſinum complementi altitudinis eius, atque illicò in numero diuiſionis aggenerabitur ſinus, cuius arcus diſtantiam optatam indicabit.

Methodus reducendi horarum diſtantias à linea perpendiculari.

QVum autem huiuſcemodi uerticales diſtantiæ in ſuperficie erecta uideantur ancipites, cò quod modo ſuperius, modo inferius à ſtyli linea incipiant, & vtrinque per quadrantes procedant (propterea quod ſinuum rectorum operationes 90. graduum numerum non excedant) ideo placuit mihi haſce diſtantias in linea quidem ipſa exordiendas, ſed in parte inferiori, & ſurſum ſiniſtrorſum aſcendendo, & per integrum circulum perſeuerando vſque in 360. gradus, idque in hunc modum.

Aspice figuram sub c.29. li.7.

Si diſtantia horaria fuerit in quadrante E B, hoc eſt vltra lineam ſtyli, & minoris altitudinis circulo verticali, nihil addas: nam ipſa per ſe erit diſtantia à linea ſtyli prædicta. Sed ſi fuerit in parte C B. vltra ſimiliter ipſam lineam, & minoris altitudinis circulo uerticali, deme eam à ſemicirculo, & proueniet ſimiliter ipſa diſtantia. Si uerò fuerit in quarta C D. tunc enim eſt citra lineam ſtyli, & eſt minoris altitudinis circulo uerticali) adde eam ad 180. gradus. Tandem ſi fuerit in quadrante D E. minue eam à toto circulo, & ſic diſtantia optata relinquetur ab ipſa linea computata.

Et quoniam adhuc huiuſcemodi computationes nondum ſufficiunt, quo ad ſingulas à linea perpendiculari non reducas: id quod facile efficies ſi ſupputationes capitis quinti huius (prout iuſſus es) ſeruaueris ſedulò. Igitur ſi declinatio muralis fuerit ad ortum, addes ſingulis diſtantijs prædictis diſtantiam lineæ ſtyli, nempè inuentum ſecundum: ſi uerò ad occaſum, minue ſingillarim ipſum inuentum ſecundum à prædictis diſtantijs.

Idem efficies in ſuperficie pendula, & obliqua habente altitudinem poli ſupra verticem; ſed ſi fuerit ſupra horizontem eleuatus polus, facies è contra. Sic nanque diſtantiæ horariæ à linea perpendiculari prodibunt. Hac igitur via, nulli parcendo labori, tabulas horologiorum fabricandorum condidimus, atque ad optatum finem, Deo opitulante, protraximus. Quantas autem, & mentis & corporis perturbationes diu noctuque inſudando in his rationibus peragendis ac tam luculenter traditis, pertulerimus, his qui noſtros hos labores perpenderint relinquimus iudicandum.

Ideo amice lector, age gratias omnipotenti Deo qui tibi per me huiuſcemodi arcana patefecit.

Appen-

Appendix.

1 QVoniam in formandis tabulis omnis conatus consistit inuenire propria horarum loca tropici stylo vicinioris. nam quum distantiæ ipsæ numerentur vtrinque à linea styli quã diameter C E. repræsentat; ideo in qua quarta circuli exordium sumat quandoque (vt alias dictum est) dubitatur. Cupienti igitur huiuscemodi doctrinam tam facilem (omni ambiguitate profligata) tradere, vt quilibet pro voto suo ea vti valeat, placuit mihi hanc exemplarem methodum singulas operationes in vnam summam collectas continentẽ subiungere, idque pro tropico duntaxat Capricorni in superficie erecta, qui stylo vicinior contingit; nam de alio tropico, ac de æquinoctiali indagandis nulla est ambiguitas. Aspice figurã sub c.29. li 7.

Offertur mihi igitur superficies muralis (de qua item superius facta est mentio) declinans ad ortum gradibus 55. ad quam cupio supputare horarum distantias sub latitudine 45. grad. In primis igitur per caput 5. huius supputo altitudines singularum horarum, incipiendo à termino 22. horæ, & retrocedendo (vt fit) vsque in tertiamdecimam. Has itaque altitudines scribo seorsum, vt patet in hac tabella.

Altitudines horarum in superficie declinante ad ortum grad. 55. pro ♑.

	H	G	M
Citra lineam styli.	22	2	40
	21	15	23
	20	28	30
	19	41	52
	18	55	25
	17	63	3
	16	82	45
Vltra lineam styli.	15	83	19
	14	69	47
	13	56	8
Circuli vertical.		79	24

2 His expeditis recurro ad caput 12. huius, & quanta sit altitudo Solis in circulo verticali ad illam superficiem perpendo, quam comperio existere grad. 79. minutorum 24. Sole similiter tropicum Capricorni possidente, & eam quoque scribo in calce huius tabellæ vt hic.

3 His præparatis, me transfero ad methodum capitis præcedentis, & per eam distantias singularum horarum à linea styli supputo, incipiendo similiter à 22. hora, ordine inuerso vt prius, quemadmodum intueri poteris in hac tabella.

Distantiæ horariæ.

	H	G	M
Citra lineam styli.	22	65	25
	21	70	46
	20	75	12
	19	79	10
	18	82	59
	17	86	24
	16	87	14
Vltra lineam styli.	15	86	52
	14	86	44
	13	83	3

4 Et quoniam huiuscemodì distantię computantur quidem à linea styli, incipiendo sursum aut deorsum per quatuor quadrantes 90. grad. singulos continentes, & illæ quæ sunt citra lineam styli (quam diameter C E repræsentat) veniunt in medietate circuli dextra nẽpè C D E inscribẽdæ; (vide eãdẽ fig.) reliquæ vero, in altera. Volẽs igitur eas reducere ad integrum circulũ 360. graduum incipiendo in inferiori parte ipsius: & sinistrorsum ascendendo, sic ago. Confero earum altitudines cum altitudine circuli verticalis, quæ graduum 79. minutorum 24. & comperio altitudines horarum 22. 21. 20. 19. 18, & 17. non accedere ad ipsam altitudinem, quamobrem pronuncio earum sedes fore in quadrante C D. inscribendæ. Addo igitur singulis 180. gradus, & proueniunt distantiæ quidem à linea styli, sed perseuerantes per integrum circulum 360. graduum, vt patet in hac tabella.

Hora verò 16. quum sit maioris altitudinis quam altitudo circuli verticalis, reponenda erit sub diametro BD, & supputanda in quadrante DE. Igitur minuo ipsam distantiam nempè gradus 87. minuta 14. à toto circulo, & remanent gradus 272. minuta 46. & descriptæ sunt distantię horarum occidentalium. Pro reliquis verò accipe sequens exemplum.

Horæ igitur quæ contingunt ultra lineam styli, & sunt maioris altitudinis quam altitudo circuli verticalis, in quadrante BE veniunt inscribendæ, quemadmodum fit cum hora 15. cuius distantiæ nihil addo, sed repono eam iuxta primam supputationem, quæ est graduum 86. minutorum 52. Reliquarum altitudines, quum non transcendant gradus 79. minuta 24. altitudinis circuli verticalis, veniunt supputandæ in quadrante CB. Detraho igitur eas à semicirculo, mox distantiæ à memorata linea styli consurgunt, vt patet in hac tabella.

His itaque distantijs addo singillatim inuentum secundum nempè grad. 39. min. 19. (eò quòd declinatio sit ad ortum) & coaceruantur tandem distantiæ horariæ à linea perpendiculari inferius incipiendo, & sinistrorsum procedendo assensiuè per integrum circulum 360. graduum, & hæ sunt vltimæ supputationes, quibus solaria horologia fabricantur, vt patet in hac tabella.

Tandem vnicuique tabulę subijcere poteris distantias poli, quę erunt inuenta prima in vmbras redacta.

Distantiæ à linea styli per integrũ circulum.		
H	G	M
22	245	25
21	250	46
20	255	12
19	259	10
18	262	59
17	266	24
16	278	46

Distantiæ horarũ orientalium à linea styli per integrum circulum.		
H	G	M
15	66	52
14	93	16
13	96	57

Distantia à linea perpendiculari.		
H	G	M
22	284	44
21	290	5
20	294	31
19	598	27
18	,02	18
17	305	43
16	312	5
15	126	11
14	132	35
13	136	16

Azimuth hoc est, distantiam Solis verticalem ad superficiem orientalem præcisè, seu occidentalem facilè determinare. Cap. XIIII.

Late- ris. PRo distantia uero uerticali in pariete ortum, seu occasum præcisè aspiciente inuestiganda, hoc modo procedes. Duc sinum complementi distantiæ horariæ (per motum diurnum) à meridiano in sinum complementi declinationis eius, & productum diuide per totum sinum: *Arcutum.* & proueniet inuentum primum. Hoc autem inuentum tibi propone unà cum sinu complementi altitudinis Solis; horum minorem duc in totum sinum, & productum diuide in maiorem, mox arcus numeri partitionis monstrabit tibi distantiam optatam. Sed ne hic desideres exemplum, en tibi assumam horam 22. ab occasu in superficie occidua sub latitudine 45. graduum, Sole principium Cancri possidente. Distantia igitur horaria est graduum 85. minutorum 46. com- *Latera- liter.* plementum eius est graduum 4. minutorum 14. cuius sinus est 7381. sinus complementi declinationis est 91706. Duco igitur alterum in altero, & productum diuido per totum sinum,

num, & emergunt in numero diuisionis 6769. pro inuento primo. Hoc autem inuentum, quum sit minus, duco in totum, & productum diuido per 40460. sinus complementi altitudinis Solis; ac tandem ex arcu numeri partitionis prouenitunt gradus 9. minuta 38. distantia nimirum 22. horæ occasualis optata, vt patet in hac formula, & sic cum reliquis ages.

Exempli formula horæ 22. in superficie occidua Sol in ♋.	G	M	Sinus	
Arcus semidiur.	115	46		
Distantia hor. 2. min.	30	0		
Distantia horæ 22.	85	46		
Eius complemen.	4	14	7381	Latera lini.
Compl. declinat. Solis	66	30	91706	
Inuentum primum			6769	Areatim.
Complement. altitud. Solis	23	52	40460	
Distantia optata	9	38	16730	

Expeditis itaque huiusce supputationibus, vide diligenter in qua circuli quarta contingant, & eas ad integrum circulum reduces hoc modo.

2 Si ipse distantiæ contingant in mediate circuli superiore, & sint citra lineam styli, ac cadunt in quadrante C D, & superficies sit orientalis, & sint initio Capricorni, ut sunt horæ 19. 18. 17. 16. 15. 14. adde singulis dimidium circulum, si ultra ipsam lineam hoc est in quadrante C B, vt sunt 13. 12. 11. 10. 9. deme ipsarum distantias à linea styli 180. gradibus, & incipe à puncto E, & sursum ascendendo uersus B. per integrum circulum procedes vsque in 360. gradus. Idem ages cum tropico Cancri, sed hoc in medietate inferiori contingit propterea quod si ipsæ distantiæ à D. uersus E, ut sunt. 15. 14. 13. 12. 11. deme ipsarum distantias ex 360. gradibus, ultra uerò ipsam lineam, hoc est in quarta B C, ut sunt 10. 9. 8. 7. 6. 5. nihil eis addas, aut minuas.

3 Idem ages pro superficie occidentali nam si tropici Capricorni contingant citra lineam styli nempè in quadrante C D, ut sunt 31. 30. 29. 28. 27. & 26. addes eis gradus 180. si ultra hoc est in quarta C B, vt sunt 25. 24. 23. 22. 21. & 20. minue ipsas à 180. gradibus. Pro tropico vero Cancri sub diametro B D, incidente, si distantiæ fuerint citra ipsam lineam, nempè in quadrante D E, ut sunt 27. 26. 25. 24. 23. deme ipsas ex toto circulo, si ultra vt sunt 22. 21. 20. 19. 18. 17. quæ ueniunt in quadrantes B E, nihil addas, aut minuas. Hac igitur uia habebis distantias singularum horarum à linea styli prædicta, incipiendo in puncto E, & sursum ascendendo versus B, & per integrum circulum procedendo vt supra. Nullum hic dabo exemplum, sed assumam tantummodo horam 22. superius descriptam tropici Cancri, in superficie occidua, quæ quum sit vltra lineam styli repono eam prout est primum supputata: distat enim à puncto E, versus B, gradibus 9, minuta 38. & sic ago cum reliquis iuxta ordinem prædictum.

4 Et quoniam adhuc non sufficiunt huiuscemodi distributiones quoad non redactæ sint ad lineam perpendicularem. Iccircò si singulis adieceris altitudinem æquatoris, nempè (pro nostra hac regione) 45. gradus, si superficies fuerit orientalis, aut eandem dempseris à singulis, si occidentalis; mox distantiæ à linea perpendiculari tandem prodibunt, quæ exordium sumunt in puncto E, & sursum ascendendo uersus B, per integrum circulum, ut prius, distributæ. Et sic paratæ erunt tabulæ pro horologijs orientalibus, & occidentalibus.

Amplitudinem cuiuslibet puncti ecliptice, vel etiam stellæ, cuius nota sit declinatio, in quacunque poli eleuatione, perscrutari. Cap. 15.

SCiendum est in primis quod amplitudo ortus, est arcus horizontis inter ortum æquatoris, & punctum vbi Sol, siue stella oritur, interceptus. Amplitudo occasus, est similiter arcus inter occasum æquatoris, & punctum horizontis, vbi occidit Sol, siue stella, quæ nulla est quando Sol

est in æquinoctiali. Quicquid autem ab ipso æquinoctialis ortu numeratur versus meridiem in horizonte per gradus & minuta vsque ad punctum ortus Solis aut stellæ, amplitudo seu latitudo ortus meridionalis dicitur. Si verò versus septentrionem fiat, septentrionalis amplitudo nuncupabitur. Quum autem in ecliptica sint semper quatuor puncta eandem habentia declinationem, ideo sufficit vnicæ tantummodo quartæ ipsius eclipticæ ortiuas supputare amplitudines, & easdem cæteris quartis suo ordine accommodare.

2 Amplitudinem igitur (quęcunque ea sit) exploraturus propone tibi sinum complementi altitudinis poli in tua regione, & sinum declinationis Solis aut stellæ horum minorem duc in totum sinum, & producti diuide in maiorem: mox arcus numeri sectionis ostendet tibi amplitudinem quam quærebas, meridionalem quidem, si punctus datus ab æquatore versus meridiem declinet: septentrionalem verò, si ad septentrionem vergat. Huius operationis exemplum dabimus nullum præter tabulam sequentem quam ad singulos ecliptice gradus pro latitudine 45. graduum supputauimus, eius autem vsus talis est.

Arcaim.

3 Cum signo oblato ingredere ipsam tabulam, sumendo eius gradum in læua descendente columna, si signum fuerit in eius summitate: aut in dextro latere ascendendo, si in calce occurrerit; mox in angulo communi sub signo oblato aut supra ipsum amplitudo optata in gradibus & minutis prodibit. Quòd si præter gradus Solis aliqua occurrerint minuta, fac partem proportionalem, ducendo illa minuta in minuta differentiæ, & productum diuidendo per 60. & protinus consurget pars proportionalis addenda, ac etiam (iuxta ordinem numerorum) detrahenda ab alijs amplitudinis minutijs.

TABVLA AMPLITVDINUM ad latitudinem 45. graduum supputata.

Grad.	Libra. Aries. G	M	Differ. M	Scorp. Taur. G	M	Differ. M	Sagitt. Gemin. G	M	Differ. M	Solis.
0	0	0	34	16	23	30	29	14	20	30
1	0	34	34	16	53	29	29	34	18	29
2	1	8	33	17	22	30	29	52	18	28
3	1	41	33	17	52	31	30	10	17	27
4	2	14	34	18	23	29	30	27	17	26
5	2	50	32	18	52	29	30	44	17	25
6	3	22	34	19	21	29	30	59	17	24
7	3	56	34	19	50	28	31	16	16	23
8	4	30	34	20	18	29	31	32	13	22
9	5	4	33	20	47	28	31	45	14	21
10	5	37	32	21	15	28	31	59	13	20
11	6	9	32	21	43	26	32	12	14	19
12	6	43	33	22	9	28	32	26	11	18
13	7	16	34	22	37	27	32	37	12	17
14	7	50	33	23	4	26	32	49	11	16
15	8	23	34	23	30	26	33	0	11	15
16	8	57	33	23	56	25	33	11	9	14
17	9	37	33	24	21	25	33	20	8	13
18	10	3	32	24	46	24	33	28	8	12
19	10	35	32	25	10	25	33	36	8	11
20	11	7	33	25	35	24	33	44	6	10
21	11	38	33	25	59	23	33	50	6	9
22	12	11	33	26	22	24	33	56	6	8
23	12	44	32	26	46	22	34	2	4	7
24	13	16	31	27	8	21	34	6	4	6
25	13	47	31	27	29	23	34	10	3	5
26	14	19	31	27	52	21	34	53	3	4
27	14	50	32	28	13	21	34	16	2	3
28	15	21	31	28	34	20	34	18	1	2
29	15	52	31	28	54	20	34	19	1	1
30	16	23		29	14		34	20		0
Solis.	Virgo. Pisces.			Leo. Aqua.			Cancer. Capric.			Grad.


PARERGON.

Descriptio & vsus Amplitudinarij Cherubici Catholici. Cap. XVI.

4 QVod si absque ulla Arithmetica supputatione & labore sub quacunque poli eleuatione amplitudinem hãc notam tibi esse uolueris per pulcherrimum, ac facillimum Amplitudinarij nostri Instrumentum, facito in hunc modum. Describe Peripheriam B C D E. circa datum centrum A. duabus sectam diametris B D. orientem & occidentem, & C E. Austrum & septentrionem repræsentantibus, quam diuides in 360. gradibus, uidelicet in quater 90. quorum diuisionis alterius generis initium habeat à C. finem uero in B, & in D: alterius vero initium sumat à B, & à D. finiat autem in E. Deinde hinc inde à B, & à D. è gradibus 23. min. 30. puta ab F. ad I, & à G. ad H. trahe lineam eclipticam F I. & G H: & ab F. ad H, & à G. ad I. trahe duas parallelas F H. & G I. duos tropicos repræsentantes. Quo facto extende regulum ab F. ad G. & ab H. ad I. & ubi intersecat diametrum B D. fac notas K, & L. ubi posito pede circini, & altero uago expanso ad unum prædictorum punctorum, puta F, uel G, uel H. uel I. describe duos semicirculos F m G, & H N I. quorum singulum diuides in sex Zodiaci domos & gradus earum, & posito regulo super correlatiuis semicirculorum gradibus de quinque in quinque trahe lineas parallelas pro reliquorum signorum initijs, & pro denis & quinis gradibus. Igitur B A D. erit Horizon rectus. & Aequinoctialis, nempe initia ♈, & ♎. Parallela vero eius F H. tropico, qui per ♑; G I. autem ei, qui per ♋: reliquæ uero parallelę reliquorum signorum initijs, decenis, & quinis gradibus eorum destinentur. Parallelæ igitur crassiores, quæ signum à signo distiguunt sunt septem; quæ uero singulum quintum à singulo decimo gradu cuiusque domus sunt quinque, omnes vero simul sunt 30. Cuique ergo parallelę crassiori, initium signi repræsentanti, tribuatur proprium characterem illius signi uel domus iuxta inceptum ordinem, quem ad maiorem Acacorum intelligentiam repetam. Parallelæ F H. adscribe ♑: sequenti crassiori ♒, & ♐ tertiæ item crassiori ♓, & ♏, Aequinoctiali B D. ♈, & ♎: quintæ ♉, & ♍: sextæ ♊, & ♌. Septimæ tandem ♋. Diametralis item C A E. denotet circulum uerticalem, qui transiens per meridiem & per septentrionem, ad Polum arcticum C. & ad antarcticum E. pertingat. Deinde transfere oportet omnes 360. gradus Peripheriæ B C D E. super diametrum B A D, & inde super dioptram, quæ mobilis Horizontis sun-

tis fungetur officio, quod fiat hoc modo, pone regulum super singulo quinto, & decimo sibi correlatiuo gradu de quarta B C. ad quartam B D. & sic procedes introrsum uersus C A E, & ubi regulus intersecat ipsam B A D. notabis intersectiunculas, quintos & decimos gradus repręsentantes; singulares uero gradus absque sensibili errore practice notare poteris, uel officio reguli more quinorum & decanorum. Quo facto super una tantummodo semidiametro, puta B A. eadem ad alteram officio circini transferas semidiametrum, A D. Poteris etiam, si placuerit, huic nostro superaddere Instrumento duodecim Cœli domos per regulam trium punctorum, quærendo uidelicet centra super linea B A D. hinc inde ab A. protracta in longum quantum sufficiat, & expanso circini altero pede uago ad singulum 15. gradum prædictæ B A D, & semper ad C, & ad E. quod cum pes circini rectè possederit tria puncta hæc, describes 12. arcus tam ex hac quam ex altera parte lineæ C A E. uersus B, & D. quibus arcubus adscribes numeros horarum à meridie, & à media nocte, ac 12. caracteres signorum Zodiaci uersus Polos, Peractis itaque super linea B A D. graduum diuisionibus, notabis, & numeros graduum per singulos decem gradus incipiendo quidem à B. uersus A. usque ad D. à quo iterum reuertendo ad A. & iterum in B. à quo prius discessisti reuertaris, ubi describes gradus 360. Et omnes isti gradus huius lineæ B A D. transferri debent super dioptram, hoc est, super Horizontem mobilem, ad similitudinem dioptrę fabrefactum, Horum dictorum hoc sume exemplar.

AMPLITVDINARIVM CHERVBICVM.



DE AMPLITVDINARII CHERVBICI delectabili vsu.

Vsus tandem Amplitudinarij nostri hic est. Volo uidere amplitudinem, hoc est, distantiam horizontalem horæ 24. ♋, & ♑. & reliquorum signorum ab Aequinoctiorum punctis sub eleuatione poli arctici graduum 45. pro descriptione Retishorarij (de quo supra in Cap. 25. libri 7.) Reduco Dioptram, hoc est, Horizontem mobilem B A B. ad 45. gradum quartæ C B. à C. uersus B. numeratum in O, & uideo tropicum F H. idest ♑. intersecare Horizontem mobilem O P. in S. hoc est, in gradu 55. min. 40. ab O. uersus A. (quod est à B. uersus A.) numerato. Tropicum autem G I. idest ♋. cerno intersecare O P. in T. hoc est in gradu 124. min. 20. ab O. & A. uersus T. (quod est ab A. uersus D.) numerato. Amplitudo uero ♒, & ♐. est graduum 60. min. 46: ♊, & ♌. est graduum 119. min. 14. sequentium autem, hoc est, ♓, & ♏. amplitudo est grad. 73. min. 37. Item ♉. & ♍. est graduum 106. min. 23. signorum tandem ♈, & ♎. est graduum 90. quemadmodum uidere licet in distantiarum Retishorarij tabula sub cap. 25. libri septimi. Has igitur 24. horarum tam ♑. quàm ♋. amplitudines nos adiecimus singulis tabulis Paduanij pro horologijs Italicis fabricandis, quas posuimus sub cap. 29. lib. septimo, quæ quidē amplitudines deseruiunt Retishorario nostro, vt si quis Retehorarium ad diuersas polares eleuationes describere placuerit, pro ipsis amplitudinibus pius lector minime laboret, quas quidem super ipsas Paduanij tabulas hoc notauimus artificio, duximus mobilem horizontem (ut unico vtar exemplo) puta super gradum 30. eleuationis poli à C. uersus B. (sicut de polari eleuatione graduum 45. fecimus), & inuenimus amplitudinem horæ 24. ♑, esse graduum 62. minut. 30. ♋. vero esse graduum 117. min. 30. & sic pro reliquis sequentibus tabulis faciendum esse intelligas, reducendo scilicet dioptram super gradum 31. deinde super 32. 33. 34. &c. quartæ B C. & sic poteris habere amplitudines etiam pro reliquis signis, quas Paduanius in tabulis non posuit, neque nobis visum fuit apponere, maxime cum Amplitudinarij nostri officio eas quàm facillime per te ipsum explorare, & singulares omnium signorum amplitudinum tabulas summo animo oblectamento & facilitate practice conficere poteris.

Ordo uero graduum, qui incipit à B, & à D, & desinit in E. deseruit ad sumendam altitudines & profun ditates cuiuscunque rei.

Alia Zodiaci AMPLITVDINARII descriptio. Cap. XVII.

6 SEd si Zodiaci huius F G H I. inscriptionis methodus nimis longa aliquando uideretur, placuit aliam tibi beneuole ac candide lector expeditiorem ostendere descriptionem, quæ talis est, Reducas mobilem horizontem, hoc est, Dioptram B A D. (in 360. gradibus diuisam, ut supra iam diximus) super grad. 23. min. 30. à B. vel à D. uersus C. vel E. numeratos, puta in F. uel G. vel H. vel I, & ibi firmiter retenta, transferas super aram tabulæ omnes gradus ipsius Dioptræ, uel tantum modo de quinque in quinque, sicut hic fecimus nos: & per singulos trigesimos gradus ducas parallelas à circunferentia F B G. ad circunferentiam H D I. pro domorum initijs, deinde per singulos denos, & quinos trahe similiter totidem parallelas denos, & quinos gradus repræsentantes domorum, & habebis optatum.

7 Hoc insuper Amplitudinario nostro facillimè explorare poteris singulas cuiusuis gradus eclipticæ declinationes hoc uidelicet ad modum delectabili artificio, Reducito mobile Horizontem super lineam diametralem C A E. & videbis vbi lineę domorum & graduum Zodiaci F G H I. ab ipsa dioptra intersecentur, quas quippe decussationes ad debitam numerorum dispositionem in formam tabellæ redigere curabis, quam tibi etiam arithmeticè supputatam apponere placuit ad subleuandum tibi huiuscemodi (licet minime tediosum) laborem.

Horas ab ortu Solis computatas in superficie tam horizontali, quam murali expedire. Cap. XVIII.

VIdebitur fortasse superuacaneum hic de horis ab ortu Solis facere mentionem, quum superius de hac re plerisque in locis, præcipuè capite primo huius tabellis ipsis suppeditantibus, tractatum sit. Verum imperitis morem gerere cupiens, in præsentia operepretium duxi hæc pauca de huiuscemodi negocio subiungere. Igitur si ministerio earundem tabellarum horizontale horologium, quod horas ab ortu Solis contineat, in aliquo plano figurare desideres, sic operare. Duc in primis lineam meridianam, & super eam accommoda peripheriam in 360. gradus distributam (sumpto quidem exordio supputandi inferius, sed dextrorsum procedendo) in cuius centro figatur volubilis regula in plures partes inuicem æquales dissecta. Deinde aduoca tabellam tuæ latitudini opportunam, & per eam operare prout capite primo huius dictum est, quum huiuscemodi negocium nihil aliud sit, quam horologij occasualis inuersio; prout etiam indicant horarum numeri in lateribus sinistris tabellarum descriptis.

Idem quoque in superficie erecta intelligendum est, dum tamen tabulam illi declinationi opportunam consulam, atque numerorum graduum ordinem inuertas. Nam 23. hora ab occasu efficitur prima ab ortu. 22. secunda, & sic deinceps.

Horas inæquales in superficie plana per arcus horizontales, & vmbrarum longitudines expedire. Cap. XIX.

EXpeditis horarum omnium æqualium texturis; nunc non ab re uidetur, temporalium, quas vulgo inæquales uocant horas, lineamenta tradere. Sed in primis sciendum est, quod hora temporalis, est duodecima pars diei artificialis, similiter & noctis. Temporales autem horæ à Solis exortu sumunt initium noctis uerò, à Solis occubitu. Hinc patet quod linea meridiana semper est sexta hora inæqualis. Et quandiu Sol est in æquinoctiali (quod bis in anno contigit) horæ inæquales æqualibus æquantur vniuntur que. Et ob id in horologijs quibuscunque intersecant semper sese in linea æquinoctialis. His igitur fundamentis præmissis, horas inæquales per tabellam sequentem doctrina capitis 28. libri septimi suppeditante, in aliqua superficie horizontali delineare non erit difficile. Sed animaduertendum est, quod initium supputandi gradus in peripheria incipit inferius quidem in linea meridiana, sed vtrinque ascendēdo tam dextrorsum, quam sinistrorsum procedunt, & in 90. finiendo.

Tabula horarum inæqualium ad latitudinem 45. graduum pro horologijs horizontalibus supputata.

		Tropicus Cancri.				Aequinoctialis.				Tropicus Capric.			
		Arcus		Vmbra		[illegible]		Vmbra		Arcus		Vmbra	
H		G	M	P	M		M	P	M	G	M	P	M
	12	124	20	infinita.		90	0	infinita.		55	40	infinita.	
11	1	111	36	56	14	79	16	64	32	47	52	112	38
10	2	98	46	25	30	67	46	31	48	39	27	61	13
9	3	85	20	14	55	55	10	20	47	30	24	43	19
8	4	68	33	9	20	29	14	15	29	20	43	35	20
7	5	42	33	6	1	20	44	12	52	10	30	31	33
	6	0	0	4	44	0	0	12	0	0	0	30	29

Horas

Horas inæquales horario ſciotherico aliter quam dictum eſt accommodare. Cap. XX.

QVod ſi forte iuuet horas inæquales aliter quam dictum eſt delineare, ages in hunc modum. Per caput 30. lib. 7. deſcribe interſtitia horarum occaſualium cum ſuis tropicis, & æquinoctiali. Deinde per caput 7. huius para tabellam horarum inæqualium ad latitudinem tuæ regionis addendo uidelicet ortui Solis portionem horariam pro prima hora diei, & ſic deinceps vt patet in hac tabella, Sole tropicos poſſidente ad latitudinem 45. graduum ſupputata.

His diligenter præparatis, ſupputa in tropico Cancri in tuo horologio delineati, horas 9. minuta 51. & ibi fac punctum. Idem fac in tropico Capricorni ſupputando horas 16. minuta 9. & ibi ſimiliter punctum procreando. Poſitaque regula ſuper gemina puncta vtriuſque tropici, duc lineam tranſeuntem per 13. horam æquinoctialis, & habebis horam primam inæqualem. Rurſus ſupputa in prædicto tropico Cancri (tabula indicante) horas 11. cum minutis 8. & ibi procrea punctum, ſimiliter fac ſuper tropicum Capricorni ſupputando horas 16. minuta 52. & ibi puncto impreſſo, per adiectionem regulæ gemina copulabis illa puncta mutuò reſpondentia à tropico in tropicum per lineam rectam, quam per 14. horam æquinoctialis tranſire neceſſum erit, & illicò ſecunda horarum inæqualium emerget. Conſequenter ages cum reliquis, lineas ducendo tranſeuntes per cõmunes ſectiones æquinoctialis, quouſque omnes horarum lineas tã ante, quam poſt meridiem abſolueris. Eandem quoque legem in ſuperficie verticali tropicis tamen commutatis) obſeruabis.

Tabula horarum inæqualium pro tropicis ad latitudinem 45. graduum.

Hore inæq.	Trop. ♋ H	Trop. ♋ M	Trop. ♑ H	Trop. ♑ M
1	9	51	16	9
2	11	2	16	52
3	12	26	17	35
4	13	43	18	17
5	15	0	19	0
6	16	17	19	43
7	17	34	20	25
8	18	51	21	9
9	20	8	21	51
10	21	25	22	34
11	22	42	23	18
12	24	0	24	6

Horas etiamnum inæquales horis à meridie exorſis accommodare. Cap. XXI.

EAdem quoque lege, qua capite præcedenti docuimus temporales horas lineis horarum à meridie, & à media nocte inchoantium innectere poteris, ſi prius particularem tabulam præparaueris. Igitur per caput 16. uel 56. huius deſcribe horologium horas à meridie continens cum ſuis tropicis & æquinoctiali, Deinde per caput 7. huius ſupputa tabellam horarum inæqualium ad latitudinem tuę regionis pro vtroque tropico, vt hic uides, quam ad eleuationem polarem 45. graduum fabricauimus.

Quibus paratis, ſupputa in tropico Capricorni tui horologij minuta 43. vtrinque à linea hora 12. meridianæ, & ibi gemina procrea puncta tam à dexteris, quam à ſiniſtris. Idem fac tropico Cancri qui ſemper eſſe debet in infimo parietis horologij muralis, ſupputando vtrinque ab ipſa linea horæ 12. meridianæ, horam vnam cum minutis 17. & ibi ſimiliter procrea gemina puncta. Poſitaque regula ſuper conſimilia illa puncta mutuò reſpõdentia, duc duas lineas à tropico in tropicum, alterum tranſeuntem per vndecimam æquinoctialis antemeridianam: alteram verò per primam pomeridianam eiuſdem æquinoctialis, ſic nanque quintæ inæqualis terminum, atque ſeptimæ habebis. Conſequenter ages cum reliquis citra, vltraue lineam horæ 12. meridianæ,

Tabula horarum inæqualium horis à meridie reſpondentibus ad latitudinem 45. graduum.

H	H	Trop. ♑ H	Trop. ♑ M	Trop. ♋ H	Trop. ♋ M
	6	12	0	12	0
5	7	0	43	1	17
4	8	1	26	2	34
3	9	2	9	3	52
2	10	2	51	5	9
1	11	3	30	6	26
	12	4	17	7	43

ridianæ, gemina puncta singillatim procreando, atque lineas ducendo per communes sectiones æquinoctialis, quousque horas omnes tam, ante quam post meridiem absolueris.

Dominum horæ cuiuscunque inæqualis facile cognoscere. Cap. XXII.

Temporalium horarum inuentores præcipui perhibentur fuisse Babylonij, qui pro suis negocijs peragendis dominium planetarum per horas cognitum iugiter obseruabant, atque illud tanquam quoddam arcanum, paucis ostendebant, quod plerique astrologi, & philosophi postea sequuti sunt.

Igitur si forte scire desideres cui planetæ debeatur quælibet hora: in primis cuius planetæ sit dies præsens (qui semper a domino primæ horæ nomen claturam sumit) non ignorare operæprecium erit. Nam dies dominica debetur Soli: secunda feria, Lunæ, & sic deinceps, prout ex sequentibus uersibus liquet.

Totius hebdomadæ septem hoc sunt ordine luces;
Quælibet ut certo fuit assignata planetæ,
Prima datur Soli, Lunæ altera, tertia Marti:
Mercurij verò quartam de nomine dicunt.
Quinta dicata Ioui est: sextam venus occupat: atque.
Vltima mox sequitur, Saturni nomen habebit.

Habito itaque domino horæ primæ, reliquos ipsarum gubernatores scire non erit difficile, modo eorum sciuerur periodus. Nam prima hora debetur semper planetæ, qui illi dieí dominatur: secunda verò sequenti planetæ, & sic deinceps (seruato eorum ordine) proceditur vsque in finem: deinde rursus reuertitur ad primum. Sed quò facilius dominum horæ tam interdiu quam noctu habeatur in promptu, intuere has geminas sequentes tabellas, alteram diei, alteram noctí inseruientes; in quarum frontispicijs descriptæ sunt horæ, & sinistrorsum hebdomadæ dies. Inuento igitur die, tandem dextrorsum procede, quoad peruenias sub hora proposita: nam planeta in angulo communi repertus, erit dominus horæ quem quærebas.

Dies hebdomadæ.	Horæ inæquales diei.												Horæ inæquales noctis.											
	1 H	2 H	3 H	4 H	5 H	6 H	7 H	8 H	9 H	10 H	11 H	12 H	1 H	2 H	3 H	4 H	5 H	6 H	7 H	8 H	9 H	10 H	11 H	12 H
Dom.	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿
Lunæ.	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃
Mart.	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀
Mer.	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄
Iouis.	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉
Vene.	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
Satur.	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂

Quomo-

Quomodo horæ Planetarum diurnæ venantur.

Si radix in hora adijciatur arcui nocturno, prodibit summa illa quantum temporis spatium regnabit primus planeta illius diei, à quo planeta tota etiam dies denominationē recipit. eadem que lege sigillatim procedere debemus vsque ad finem 24. horarum.

Ad euitandos huiusce modi labores supputandi horas planetarum cum suis minutis, hoc est quantum temporis spatium quilibet planeta sibi dominium vendicat in qualibet die vel nocte, hanc tabulam ad hoc fabricatam cōcludat, Pro cuius cognitione tale capias exemplum.

Sit dies artificialis prolixior 15. horarum, Radix in horà erit H.1.M.15. noctu autem H.o. M.45. è conuerso autē si nox fuerit 15. Horarum. Quod autem est diurnum deputetur nocturno, sicuti in calce tabulæ apparet, & sic in cæteris negotiandum erit.

Dies artificia prolixior.		Horæ inæquales seu planetaria. Diurnæ.			Nocturnæ.		
H	M	H	M	S	H	M	S
1	0	0	5	0	1	55	0
2	0	0	10	0	1	50	0
3	0	0	15	0	1	45	0
4	0	0	20	0	1	40	0
5	0	0	25	0	1	35	0
6	0	0	30	0	1	30	0
7	0	0	35	0	1	25	0
8	0	0	40	0	1	20	0
9	0	0	45	0	1	15	0
10	0	0	50	0	1	10	0
11	0	0	55	0	1	5	0
12	0	1	0	0	1	0	0
12	10	1	0	50	0	59	10
12	20	1	1	40	0	58	20
12	30	1	2	30	0	57	30
12	40	1	3	20	0	56	40
12	50	1	4	10	0	55	50
13	0	1	5	0	0	55	0
14	0	1	10	0	0	50	0
15	0	1	15	0	0	45	0
16	0	1	20	0	0	40	0
17	0	1	25	0	0	35	0
18	0	1	30	0	0	30	0
19	0	1	35	0	0	25	0
20	0	1	40	0	0	20	0
21	0	1	45	0	0	15	0
22	0	1	50	0	0	10	0
23	0	1	55	0	0	5	0
24	0	2	0	0	0	0	0
Nox artificia prolixior.		Nocturnæ. Radix in horis.			Diurnæ. Radix in horis.		

Signorum zodiaci interualla, ex quibus locus Solis interdiu elicitur vnà cum horis à meridie, in aliquo plano delineare. Cap. XXIII.

HActenus de horarum omnigenarum tam æqualium, quam inæqualium interstitijs satis dictum esse uidetur, nunc de signorum zodiaci distinctionibus, ex quorum vnica duntaxat inspectione locus solis manifestus fit, tractandum. Iccircò sequentem formauimus tabulam analematicam pro latitudine 45. graduum, cuius vsus & forma parum differt ab alijs, quas supra tradidimus, quum huiusmodi operatio per arcus horizontales, & vmbrarum longitudines perficiatur.

Tabula signorum Zodiaci in superficie horizontali inscribendorum pro latitudine 45. graduum supputata.

H. ante mer.	H. post mer.	Cancer. Arcus G	M	Vmbra P	M	Gemini. Leo. Arcus G	M	Vmbra P	M	Virgo. Taurus. Arcus G	M	Vmbra P	M	Libra Aries. Arcus G	M	Vmbra P	M
12		0	0	4	43	0	0	5	33	0	0	7	57	0	0	12	0
1	11	34	38	5	31	31	36	6	18	25	38	8	41	20	45	12	52
2	10	58	38	7	39	54	52	8	24	46	48	10	52	39	14	15	29
3	9	74	41	10	54	71	4	11	48	63	9	14	47	55	10	20	47
4	8	87	0	15	44	83	50	17	1	76	15	21	34	67	46	31	48
5	7	92	24	23	51	94	78	26	6	87	33	35	37	79	16	64	34
6	6	107	5	40	53	104	33	47	41	98	11	84	25				
7	5	117	10	104	28	114	39	165	52								

H. ante mer.	H. post mer.	Scorpio. Pisces. Arcus G	M	Vmbra P	M	Sagittarius. Aquarius. Arcus G	M	Vmbra P	M	Capricornus. Arcus G	M	Vmbra P.	M
12		0	0	18	8	0	0	25	47	0	0	30	29
1	11	17	23	19	17	15	21	27	47	14	42	32	43
2	10	33	39	23	13	29	49	34	17	28	31	41	12
3	9	47	39	32	23	42	55	52	21	41	13	67	1
4	8	60	8	57	15	54	41	136	24	52	39	296	15
5	7	71	18	321	21								

Inscripturus itaque zodiaci signa in aliqua superficie plana, fige peripheriam aliquam in 360. gradus diuisam in eius linea meridiana, quorum distributio incipiat in parte quidem inferiore eiusdem lineæ, sed vtrinq; tā dextrorsum quam leuorsum procedat, ascendendo & finiendo superius in 180. gradus partis oppositæ. nam tabula quidem ipsa ad huiusce modi ordinem fabricata est. Firmata autem peripheria in linea meridiana prædicta, adhibe centro ipsi uolubilem regulam in plures partes inuicem æquales distributam, & subinde (doctrina capitis primi huius suppeditante) transfer distantias signorum singillatim imprimendo notas, & mox per easdem ducendo lineas transuersales zodiaci signorum, ac etiam horarum lineas similiter per ipsamet puncta in centro uno concurrentes.

Zodiaci signa, quibus locus Solis etiamnum perpenditur, horologijs quibuscunque secunda adhuc ratione, facilè, atque expeditissimè accommodare. Cap. XXIIII.

EST & alia via aliarum facillima atque expeditissima signorum zodiaci interstitia horarum lineis accommodare, quam in hunc modum expedies. Describantur in primis horarum lineę Italicarum, idque per doctrinam capitis 28. libri septimi. atque per earum extremitates tam inferius quam superius ducantur lineæ principia earum copulantes; & sic uterque tropicus emerget. Idem facies cum æquinoctiali ducendo lineam per propria puncta, quæ necessariò venient recta. Deinde lineas horarum à meridie inchoantium ipsi horario adijce, occultæ tamen, aut (si mauis) apparentes (fieri enim potest vt harum vsu sit opus aliquando) & hoc modo horarum du plex apparebit institutio vnà cum tropicorum, & æquinoctialis distinctionibus. His expeditis, ad inscriptionem reliquorum zodiaci signorum, hac lege procedes. Vide per caput 34. huius, vel Archihoroscopi officio qua hora occasuali contingat meridies, Sole principium Leonis occupante (quod in nostra hac regione incidit hora 16. minuta 33.) & hoc tempus quære in linea horæ 12. meridianæ, & ibi fac punctum incidentem inter horam 16. & 17. Italicarum. Rursus vide diligenter in linea primæ horæ pomeridianæ vbi cadat hora 17. cum minutis 33.

& ibi

& ibi similiter punctum procrea; & sic cum distantia minutorum 33. post singulas horas. Italicas signabis puncta super singulas horas pomeridianas quousque ipsas habere poteris; & has notas ministerio circini in altera horologij parte, hoc est in lineis horarum antemeridianarum transferendas curabis, ac tandem illis punctis in unam lineam (licet curuam) redactis, signum Leonis habebis. Idem fac cum signo Virginis, supputando in linea meridiana horas 17. cum minutis 14. & ibi procreando punctum, & similiter cum hac distantia minutorum 14. post horas occasuales puncta imprimes in lineis horarum pomeridianarum. Idem ages cum reliquis signis prout præsens admonet tabella, quam ad latitudinem 45. graduum supputauimus.

Tabella meridianorum ad principia 12. signorum Zodiaci pro lat. 45. grad.

Nomina signorum.		H	M
Cancer		16	16
Gemini	Leo	16	33
Taurus	Virgo	17	14
Aries	Libra	18	0
Pisces	Scorpio	18	48
Aquarius	Sagittarius	19	27
Capricornus		19	44

Signorum zodiaci interualla vnde vnico aspectu horoscopus deprçhenditur conficere. Cap. XXV.

HOroscopus, quem Grçci etiam alio nomine ἀνατολὴν vocant, est pars illa zodiaci, quæ in finitore qua parte oritur Sol primum emergit. Et dicitur horoscopus ab hora, & σκοπεῖν, quod est speculari, eo quod per eam cæli partem horas quaslibet Astrologi speculentur. Dicitur etiam Ascendens, angulus, seu cardo orientis, & prima domus, eò quòd sit basis, & fundamentum construendæ totius figuræ cælestis, indeque ducatur initium cuiuslibet operis: & in genituris humanis significet uitam hominum, corpus, & spiritum, vt elegantissimè Pontanus cecinit.

Vita tibi motusque animi quærendus ab ortu.
Vnde etiam toto lux ipsa effunditur orbe.

Quum igitur rerum cælestium peritum, antequam futuros prænunciet euentus, oporteat diligenter examinare zodiaci signum ab oriente emergens, quod eius varios in rebus humanis effectus in hæc inferiora assiduè imprimi omnibus compertum sit: operepretium me facturum iudicaui, si breuem, & simul non iniucundam hac de re doctrinam à nemine hactenus traditam, uel forte etiam inuentam aperirem eamque cum ijs communicarem, qui incertos futurarum rerum exitus ex positione stellarum diiudicare soliti sunt. Huiuscemodi autem operationem per doctrinam capitis 56. huius, & per tabulam sequentem absolues in hunc modum.

In aliqua planitie horizontali duc duas rectas lineas, meridianam scilicet C E, & transuersalem B D. in centro A. sese ad pares angulos secantes. Deinde infixa circunferentia vna cum volubili regula in centrum A. procrea pro quolibet signo duo puncta, quorum alterum veniet centro propinquius, alterum uerò remotius. Tandem per adiectionem regulæ gemina illa pūcta mutuo sibi respondentia, ductis lineis rectis copulabis, & adiectis signorum nominibus paratum erit sciothericum signa horoscopantia indicans, idque Sole signa recta possidente: nam pro signis obliquis, omnia ueniet inuertenda, dextrorsum procedendo, prout tuopte ingenio periculum faciendo, singula quadrare comperies.

Tabula pro signis horoscopantibus figurandis ad latitudinem 45. graduum supputata.

Nomina signorũ Zodiaci.	Puncta propinqu. Arcus		Umbra		Puncta remotiora. Arcus		Umbra		Nomina signorũ Zodiaci.
	G	M	P	M	G.	M	P	M	
Cancer.	241	50	104	28	118	10	104	28	Capric.
Leo.	259	24	27	56	253	10	41	28	Sagittar.
Virgo.	290	18	9	37	268	3	23	39	Scorpio
Libra.	0	0	4	29	280	29	24	11	Libra
Scorpio.	69	42	9	37	300	27	23	40	Virgo
Sagittar.	106	52	41	21	318	0	27	33	Leo
Caprico.	105	14	34	59	328	29	33	59	Cancer
Aquar.	92	42	49	38	326	2	48	18	Gemini
Pisces.	78	22	50	33	344	10	33	18	Taurus
Aries.	63	13	72	49	0	0	30	29	Aries
Taurus.	45	47	59	41	15	50	33	18	Pisces,
Gemini.	41	20	65	38	33	50	48	18	Aquarius
Cancer.	318	42	67	0	41	18	67	0	Capric.

Altitudinem Solis, aut cuiusuis rei eleuatæ in vmbram tam rectam quam versam conuertere & econuersò. Cap. XXVI.

1 Habita altitudine Solis, aut cuiusuis rei, seu corporis erecti supra horizontem, ingredere tabulam sequentem quærendo gradus ipsius altitudinis in fronte ipsius tabulæ, & minuta (si qua adhæserint) in latere sinistro; mox in angulo communi rationem vmbræ ad suum vmbrosum respondentem cum suis minutis offendes, in parte quidem qualium vmbrosum est duodecim distributum. Nam prior numerus indicat duodenas vmbræ styli partes posterior verò, minuta seu sexagenas illarum partium. Hac igitur via per altitudinem Solis supra horizontem vmbræ longitudinem cognosces, quemadmodum uersa vice per per longitudinem vmbræ, Solis altitudo patebit.

2 Quòd si umbram uersam altitudinis Solis respondentem habere desideres, quære in ipsamet tabula complementum eiusdem altitudinis, illicò è regione dextorsum in angulo communi vmbra similiter versa patebit. Hac autem tabula vsi sumus ad horarum umbras accommodandas in analemmaticis horologiorum tabulis, quæ quantæ vtilitati sit, quilibet perspicere poterit.

Sequitur Tabula Vmbrarum.

Tabula

Minuta altitudinum Solis pro umbris rectis.

M	Grad. 0 Par.	Mi	G 1 P	M	G 2 P	M	G 3 P	M	G 4 P	M	G 5 P	M	G 6 P	M	G 7 P	M	G 8 P	M	G 9 P	M	M
0	Infinita.		687	34	343	44	229	9	171	37	137	10	114	11	97	44	85	23	75	46	60
1	41378	54	676	20	340	48	227	44	170	55	136	43	113	52	97	30	85	12	75	37	59
2	20689	27	665	36	338	0	226	28	170	12	136	15	113	33	97	16	85	2	75	29	58
3	13792	58	654	55	335	15	225	15	169	30	135	48	113	14	97	2	84	51	75	21	57
4	10344	43	644	41	332	33	224	1	168	48	135	21	112	55	97	48	84	40	75	12	56
5	8275	47	634	48	329	54	222	48	168	7	134	54	112	36	96	34	84	30	75	3	55
6	6896	29	625	12	327	17	221	36	167	26	134	27	112	17	96	21	84	19	74	55	54
7	5911	16	615	54	324	43	220	25	166	45	134	1	111	59	96	7	84	9	74	47	53
8	5172	22	606	52	322	11	219	15	166	4	133	35	111	40	95	53	83	58	74	38	52
9	4597	39	597	47	319	41	218	4	165	24	133	9	111	22	95	40	83	48	74	30	51
10	4137	53	589	16	317	14	216	54	164	44	132	43	111	4	95	26	83	37	74	22	50
11	3761	43	580	59	314	49	215	46	164	5	132	17	110	46	95	13	83	27	74	14	49
12	3438	22	572	56	312	26	214	39	163	26	131	51	110	28	94	59	83	17	74	5	48
13	3174	34	565	6	310	5	213	32	162	47	131	26	110	10	94	46	83	6	73	57	47
14	2948	2	557	29	307	46	212	26	162	8	131	1	109	52	94	33	82	56	73	49	46
15	2752	16	550	4	305	30	211	20	161	30	130	36	109	35	94	20	82	45	73	41	45
16	2580	36	542	51	303	10	210	15	160	52	130	10	109	17	94	7	82	36	73	33	44
17	2429	6	535	49	300	58	209	11	160	14	129	44	108	59	93	54	82	26	73	25	43
18	2294	22	528	58	298	47	206	8	159	37	129	20	108	41	93	41	82	16	73	17	42
19	2173	52	522	17	296	38	207	5	159	0	128	57	108	24	95	28	82	6	73	9	41
20	2065	23	515	46	294	31	206	3	158	23	128	33	108	7	93	15	81	55	73	1	40
21	1967	10	509	24	292	26	205	1	157	46	128	9	107	50	93	2	81	46	72	53	39
22	1877	53	503	0	290	23	204	0	157	10	127	45	107	33	92	49	81	36	72	45	38
23	1793	40	496	57	288	21	203	0	156	34	127	21	107	16	92	37	81	26	72	37	37
24	1719	9	491	3	286	21	202	0	155	58	126	57	106	59	92	24	81	16	72	29	36
25	1650	34	485	17	284	23	201	1	155	23	126	34	106	43	92	11	81	6	72	21	35
26	1587	15	479	39	282	25	202	2	154	48	126	10	106	26	91	59	80	57	72	14	34
27	1528	36	474	9	280	31	199	4	154	13	125	47	106	9	91	46	80	47	72	6	33
28	1474	9	468	47	278	37	198	7	153	38	125	24	105	52	91	34	80	37	71	58	32
29	1423	13	463	31	276	45	197	10	153	3	125	1	105	36	91	21	80	27	71	50	31
30	1376	6	458	22	274	54	196	13	152	29	124	38	105	19	91	9	80	18	71	43	30
31	1331	47	453	21	273	1	195	17	151	55	124	15	105	3	90	57	80	8	71	35	29
32	1290	15	448	26	271	14	194	22	151	22	123	52	104	47	90	45	79	59	71	27	28
33	1251	14	443	37	269	27	193	27	150	48	123	30	104	31	90	33	79	49	71	20	27
34	1213	12	438	45	267	42	192	33	150	15	123	7	104	15	90	21	79	40	71	12	26
35	1178	43	434	8	265	59	191	38	149	42	122	45	103	59	90	8	79	30	71	4	25
36	1146	4	429	38	264	17	190	44	149	10	122	23	103	43	89	56	79	21	70	57	24
37	1115	10	425	13	262	36	189	51	148	37	122	1	103	27	89	44	79	11	70	49	23
38	1085	54	420	53	260	56	188	59	148	5	121	39	103	11	89	32	79	2	70	42	22
39	1058	8	416	38	259	18	188	7	147	33	121	18	102	56	89	20	78	53	70	35	21
40	1031	45	412	29	257	40	187	16	147	1	120	56	102	40	89	9	78	44	70	27	20
41	1006	38	408	24	256	4	186	25	146	29	120	35	102	25	88	37	78	34	70	20	19
42	982	43	404	24	254	30	185	34	145	58	120	14	102	9	88	45	78	25	70	12	18
43	959	55	400	29	252	56	184	44	145	27	119	53	101	54	88	33	78	16	70	5	17
44	938	9	396	38	251	23	183	55	144	57	119	32	101	39	88	22	78	7	69	58	16
45	917	21	392	52	249	52	183	6	144	26	119	11	101	24	88	10	77	58	69	50	15
46	896	47	389	10	248	22	182	17	143	55	118	50	101	8	87	59	77	49	69	43	14
47	877	45	385	25	246	53	181	29	143	25	118	29	160	53	87	47	77	40	69	36	13
48	859	31	381	51	245	24	180	41	142	55	118	8	100	38	87	36	77	31	69	29	12
49	842	1	378	21	243	54	179	53	142	25	117	48	100	23	87	25	77	22	69	21	11
50	815	13	374	55	242	28	179	6	141	56	117	28	100	8	87	14	77	13	69	14	10
51	809	4	371	33	241	11	178	20	141	26	117	8	99	54	87	2	77	4	69	7	9
52	793	54	368	14	239	39	177	34	140	57	116	47	99	39	86	51	76	56	69	0	8
53	778	37	364	59	238	16	176	48	140	28	116	27	99	25	86	40	76	47	68	53	7
54	764	14	361	48	236	54	176	2	139	59	116	7	99	10	86	29	76	38	68	46	6
♍	♉	106	100	96	91	86	80	75	69	61	53	40	20			
5	25	104	98	94	89	84	78	72	66	58	49	34				
10	20	101	96	91	86	81	76	69	63	54	44	28				
15	15	98	94	89	83	78	73	66	59	50	38	16				
20	10	96	91	86	80	75	69	62	55	45	31					
25	5	93	88	83	77	72	66	59	51	39	24					
♎	♈	90	85	80	74	69	62	55	46	33						
5	25	87	82	77	71	66	57	50	40	24						
10	20	84	79	74	68	62	55	46	35	15						
15	15	82	76	71	65	58	51	41	28							
20	10	79	73	68	62	55	47	36	20							
25	5	76	70	65	59	51	42	30								
♏	♓	74	67	61	55	47	37	23								
5	25	71	64	58	52	44	33	15								
10	20	69	62	56	49	41	29	0								
15	15	66	60	53	46	37	23									
20	10	64	58	51	43	34	18									
25	5	62	56	49	41	32	13									
♐	♒	61	55	48	40	28										
5	25	59	53	46	37	25										
10	20	58	52	44	35	22										
15	15	57	51	43	34	19										
20	10	56	50	42	33	17										
25	5	56	49	42	32	16										
30	♑	56	49	42	32	14										

Hanc autem tabulam si ad crebriores gradus extendere cupias, pete doctrinam capitis 13. libri huius numero 2. & per ipsam operare.

Vſus tabulæ præmiſſæ.

QVum igitur diſtantiam Solis à meridiano, & conſequenter parietis declinationem habere volueris, animaduerte quando Sol alterutrum parietis latus pertranſeat, quum enim uideris Solem ipſum eſſe in parietis tranſcenſu, tunc eius altitudinem ſupra horizontem perpende, & eam mox aut viciniorem quære in gradibus tabulæ ſuperioribus. poſtmodum deſcende tandiu, quoad peruenias è regione eius loci in latere ſiniſtro reperti aut vicinioris, illicò in communi numerorum concurſu diſtantia Solis horizontalis à meridiano apparebit; quæ ſi fuerit maior 90. gradibus, & Sol fuerit in parte orientis, deme eam à ſemicirculo, & relinquetur declinatio ad ortum, ſi paries fuerit auſtralis, aut ad occaſum, ſi ſeptentrionalis. Sed ſi Sol fuerit in parte occidua, hæc omnia venient inuerſa.

Quòd ſi diſtantia ipſa fuerit minor quadrante, & Sol fuerit in parte orientali: tunc paries meridionalis declinat ad occaſum, & ſeptentrionalis ad ortum: in parte uerò occidua exiſtente, paries anterior parietis erit ad ortum, poſterior, ad occaſum, quorum omnium per temetipſum faciendi periculum non erit difficile, ideo nullo exemplo hic opus eſſe reor.

Corollarium.

POteris item ex præmiſſa tabula ſcire non modo diſtantiam Solis unà cum parietis a linea meridiana declinatione uerum etiam quantum elongata ſit quælibet ſtella a meridionali plaga, ac in qua mundi parte oriatur aut occidat, & pleraque alia mathematicis non aſpernanda.

Fabricatio inſtrumenti, per quod altitudo poli ſuper qualibet pendula ſuperficie exploratur. Cap. LI.

IN quadrangulo rectangulo ſiue parallelo gramo puta A B C D, ſuper lineæ perpendicularis E F. centrum E in medio A B. para ſemicirculum, & ipſum (more aſtronomico) diuide in duos quadrantes, & quemlibet horum in 90. gradus vt infra diſtribue. Deinde eleuationem poli in tua regione, puta in noſtra hac ciuitate 45. graduum pone in linea perpendiculari E. F, iuxta F, & ex ordine procede verſus B. per 55. 65. 75. 85. & 90. vbi tandem adſcribes O. Mox incipe iuxta B 45. & retrorſum ſcribe verſus lineam E H. ideſt verſus O. 55. 65. 75. 85. ac tandē fac vt 90. incidat in punctum O. lineæ E H. Rurſus incipe in puncto A. ponendo ibi complementū eleuationis poli nempè 45. (nam A. & B. pro uno puncto computātur) & ſic ſcribe verſus E G. retrorſum 35. 25. 15. 5. & in linea E G. faciendo notam O, ſuper linea E G. & rurſum ab O. procede verſus F. faciendo 5. 15. 25. 35. & 45. in linea F. Poſtea duc duas lineas a centro E. per puncta H. & G. vſque ad angulos C, & D. ſcribendo inter arcūm A O, ac etiam inter arcum B O, ALTITVDO POLI SVPER VERTICEM. At arcus O F O vocetur ALTITVDO POLI SVPRA HORIZONTEM. Ad lineam porrò A C. adſcribe MERIDIES: Ad B D, SEPTENTRIO. Tandem filum cum perpendiculo demitte è centro E, & habebis inſtrumentum ad quencunque uſum paratum, De hoc altimenſorio figuram non deſcripſimus cum pro exemplo medietas fundamenti Archihoroſcopi ſatisfaciat, quam aſpicias ſub cap. 23. lib. 4. Ideo ſi volueris hoc Altimenſorium, poteris illud iuxta prędicta per te ipſum facillimè expedire, uel accōmodare Retchorarium additis uerbis illis, ALTITVDO POLI SVPER, &c. de quo in cap. 25. lib. 7.

Quum autem uolueris eleuationem poli ſuper inclinata ſuperficie obſeruare, inſtrumentum hoc colloca cum linea C F D directè ſuper lineam meridianam in ipſius ſuperficiei planitie exploratam. Mox gradus à filo liberè demiſſo contactus indicabit altitudinem poli ſuper planitie oblata.

1 Quod ſi ceciderit ſuper gradus altitudinis poli ſuper horizontem, conſtitue horologium horizontale iuxta doctrinam capitis 9. & 10. huius numero primo, & erit illud accommodatum ad ipſam ſuperficiem.

2 Si autem ceciderit ſuper aliquem gradum in utralibet altitudine uerticali, tunc iuxta do-

ctrinam

ctrinam cap.9.10.& 54.huius vel cap.30.lib.7.huius confice horologium erectum.

3 Sed si planum deorsum fuerit inclinatum, quemadmodum si interiori parte alicuius tecti cupias horarium sciothericum figurare (dummodo illuc radij solares perringere queant ut hic) lineæ meridianæ, quam semper in primis signare oporter, adhibe ipsum instrumentum cum linea A E B sic enim stante, filum monstrabit tibi eleuationem polarem eiusdem superficiei. Aduerte tamen, vt semper latus A C versus meridiem conuertatur.& hæc intelligantur in superficiebus pendulis,& inclinatis,nam in muris perpendicularibus, quamuis faciem suam auertant à recto meridiei tramite aut septentrionis, eorum altitudo poli exploratur secundum datam doctrinam cap.5.& 54.huius,sumendo scilicet semper inuentum primum pro ipsa poli altitudine, cuius complementum erit altitudo æquatoris supra oblatam superficiem.

De gnomonis ratione, collocatione atque probatione. Cap. LII.

GNomon ex mathematicorum definitione, est stylus, siue uerutum in horologijs sciothericis collocatum, ex cuius vmbra horę singulæ interdiu nosceuntur, atque hic idem propterea horarius index, seu umbilicus umbrę solis à nonnullis solitus est appellari. Sunt autem qui eum axem vocant, eò quod in horologiis præsertim Germanicis, locum axis mundi obtineat, quippe gnomonem illi inuersum ad angulum mediæ noctis collocant, cuius hypotenusa à basi, & catheto constituta imaginem referat axis mundi. Collocatio autem eius in simplicibus horariis fieri debet hoc modo. Si horologium fuerit in plano, figendus est rectus in centro ipsius, dandaque opera, ut eius extremum pari interuallo equaliter distet à diametro horę sextę, tantumque super lineam 12. horæ meridianę attollatur, quanta est poli arctici supra finitorem altitudo. Itaque id agendum, ut axi sphere mundi exactè respondeat, atque eius extrema utrunque polum directò aspiciat, quod facilè effici poterit, si ad ipsum stylum quadrantem appenderis. Eadem quoque lex erit in horologijs muralibus meridiem præcisè spectantibus. verum si aliqua ex parte ab recto meridiei tramite (vt plerunque côringit) deflectant: stylus quidem in centro horologij super ipsius lineam, quanta est ipsa eius eleuatio. Summa denique huius quòd fieri uolumus, in eo consistit, quòd tres hæ lineæ, nempè styli, eius eleuationis, & contingentiæ (quamuis ea opereprecium non sit hic) semper constituans triangulum orthogonium, & scalenum. Quare si huiuscemodi triangulum fabricaueris, positoque eo super lineam styli per cathetum ei peculiarem, quæ ncutrorsum declinet, & anhulus a catheto, & hypotenusa procreatus: sit in cẽtro horologij, mox hy potenusæ umbra horas singulas sensim discriminabit, prout capite primo, & secundo secundæ partis manifestum est.

Simili modo atque dictum est horologijs etiam aquilonaribus sui indices horarij in altum consurgentes ad altitudinem videlicet poli borealis, accommodantur, ut pater in figura Cruciali sub cap.37.lib.7.

In horologijs autem orientalibus aut occidentalibus ad æquatoris altitudinem constituris, insigendus est semper stylus in eius centro ad duò denarum regulæ longitudinem cuius extremitas æqualiter distet ab illa superficie, furturum indicium singularum horarum vsque in meridiem, aut a meridie vsque in occasum.

Porrò in superficie æquinoctialis, quamuis stylus aptandus sit ita vt a circonferentia æqualiter distet, poterit nihilominus indefinitæ esse longitudinis, dum tamen eius extrema vtrunque polum prospiciant, & hæc quo ad simplicium horologiorum rationes attinet hactenus dicta sufficiant, nunc de umbraculis directò extantibus dicendum.

In horologijs igitur quibus per apicis styli vmbram colliguntur horæ vt per totum hunc patet librum, necesse est certò scire quanta præcisè sit futura styli ipsius longitudo, ut in 12. partes inter se æquales ea diuidi possit, atque in eius collocatione animaduertendum est, ut in ipsius cẽtro quam rectissimè collocetur, & vt neque a proprio loco, situ, & forma ex parte ulla declinet: alioquin si vel tantillum eius apex a uero abscesserit loco, causa erit vt in magnum errorem incidant, qui horas erunt exploraturi. Curatu igitur diligenter, vt ad conuenientem ei longitudinem eriĝas super planũ horologij eatenus erigatur, quatenus utrinq; angulum orthogonium constituat, ad intelligendum autem rectè ne, an perperam factum sit, hæc uia erit certissima.

Antequam

Antequam figas ſtylum, expanſo circino ad magnitudinem ſtyli, ſuper centrum A. loci ſtyli duc peripheriam (occultam tamen) & eam duabus diametris in punctis B C D E, quadrabis, & mox in eius centro A, figes ipſum ſtylum. Deinde accepta intercapedine ſubtenſæ B C. aut B D. aut cuiuſuis eius quadrantis, pones alterum circini pedem primò in puncto C. alterum uerò porriges ad ſtyli apicem, nam ſi amborum mucrones mutuò ſeſe contigerint, id argumento erit ſtylum ipſum ex illa parte locum ac ſitum ſuum poſſidere: ſi ſecus euenerit, tunc citrò vltrouè tantiſper moueas ipſum, donec extrema ipſa in unum coeant. Idem facias ex altera parte, ponendo alterum circini pedem in puncto D. ac etiam in quacunque peripheriæ parte tibi libuerit, alterũ verò ad ſtyli ſummum erigendo: neceſſe eſt enim ut utriuſque extrema (ſtante altero circini pede in ipſa peripheria) ſeſe mutuo contingant. prout exprimit figura Cap. 28. lib. 7. vbi etiam in c. 20. tractauimus de infixione ſtyli.

Horarum à meridie & à media nocte interualla in aliqua ſuperficie murali tam rectè quam obliquè meridiem aſpiciente per propriam tabulam facilè delineare. Cap. LIII.

QVum difficillimum ſit inuenire murum aliquem, aut ſuperficiem ullam uerticalem, cuius aſpectus nulla ex parte à meridiana plaga declinet, niſi hoc ex induſtria fiat: mihi ſanè libuit docere, quemadmodum fieri poſſit, ut in quibuſcunque muralibus ſuperficiebus horologium aliquod delineetur. Quare ſi offeratur tibi aliqua perpendicularis ſuperficies, quæ non ſolum meridiem præcisè aſpiciat: ſed etiam ab eo ad orientem uel occidentem declinet, tuque cupias in ea per tabulam delineare horologium, ages in hunc modum.

Vide primum per caput 49. aut 50. huius. uel 20. lib. 5. quot gradibus murus oblatus, à meridiano orientem uerſus. Occidentem ve declinet aſpectu, & hanc declinationem memoriæ trade. Deinde in ipſo pariete duc lineam perpendicularem, quæ ſit (puta) C E duodecimæ horæ, & conſequenter lineæ meridianæ aſſignanda & in hac linea puta in centro A fige ſemicirculum per ſuum centrum unà cum longa filo, & ita accommodetur, ut eius ſemidiameter lineæ perpendiculari ad amuſſim incumbat, & eum firmabis. Hoc ſic immobiliter quieſcente, pete tabulam ſequentem pro diſtantijs horariis figurandis ad uarias parietum declinationes fabricatam, & è regione horarum lateralium ſub declinatione murali prius inuenta, aut eidem propinquiore quos graduum & minutorum numeros offenderis, eos in ſemicirculo recenſe, atque ibi extenſo filo, ad eius tactum in muro pro ſingulis horis, quas ex prædicta tabula elicueris, ſingillatim adhibe notam. Idem quoque facies in diſtantia lineæ ſtyli, & lineæ eius eleuationis, nota identidem procreando. Animaduertendum quod huiuſcemodi gradus ſemper computantur à linea perpendiculari dextrorſum, aut ſiniſtrorſum aſcenſiuè procedendo, prout numeri ſequentis tabulæ inſinuant.

Sequitur Tabula diſtantiarum horarum.

Tabula

Tabula diſtantiarum horarum à linea perpendiculari pro muris tam rectis, quam obliquis.

Hic intratur quando murus declinat ad Occidentem.

G	0		5		10		15		20		25		30		35		G
H	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	H
6	90	0															6
7	69	15	73	52	78	43	83	52	89	13							5
8	50	46	14	4	57	46	62	3	66	59	72	24	78	17	84	33	4
9	35	16	37	10	39	23	42	4	45	24	49	21	54	7	59	41	3
10	22	13	23	4	24	4	25	23	27	3	29	6	31	40	34	55	2
11	10	43	11	0	11	27	11	40	12	14	12	55	13	48	14	57	1
12	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	12
1	10	43	10	33	10	32	10	35	10	40	10	52	11	9	11	32	11
2	22	13	21	34	21	10	20	52	20	42	20	43	20	53	21	11	10
3	35	18	33	43	32	34	31	30	30	54	30	21	30	7	30	6	9
4	50	46	47	57	45	39	43	41	42	2	40	41	39	38	39	27	8
5	69	15	65	1	61	20	58	1	54	58	52	32	50	22	48	32	7
6	90	0	84	58	80	19	75	30	71	6	64	5	63	27	60	9	6
7			114	58	101	17	96	8	90	47	85	28	80	12	75	15	5
8							117	51	113	1	107	35	101	43	95	27	4
9																	3
lin.	0	0	4	58	9	52	14	30	18	54	22	55	26	34	29	50	ſty.
ele.	45	0	49	45	54	0	57	35	60	32	62	46	64	20	65	14	ſty.

Hic intratur quando murus declinat ad Orientem.

Tabula distantiarum horarum à linea perpendiculari pro muris tam rectis, quam obliquis.

Hic intratur quando murus declinat ad Occidentem.

G	40		45		50		55		60		65		70		75		G
H	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	H
8	90	59															4
9	66	14	73	38	81	57	89	57									3
10	39	2	44	15	51	40	59	0	70	1	82	29					2
11	16	23	18	16	20	51	24	22	29	29	37	4	49	3	66	35	1
12	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	12
1	12	3	12	48	13	31	14	33	15	55	17	41	20	3	23	15	11
2	21	44	22	18	23	7	24	13	25	34	27	14	29	20	31	59	10
3	30	12	30	22	30	49	31	32	32	26	[illegible]	37	35	5	37	55	9
4	38	16	37	54	37	49	37	51	38	10	38	37	39	24	40	22	8
5	46	59	45	45	44	43	43	58	43	27	43	8	43	33	43	16	7
6	57	15	54	45	52	33	50	24	49	6	47	59	46	46	45	59	6
7	70	34	66	19	62	26	58	57	55	54	53	16	50	58	49	3	5
8	89	1	82	38	76	27	70	24	65	22	60	32	56	35	52	59	4
9			106	22	97	44	89	33	80	57	72	51	66	16	59	4	3
10											97	20	84	15	71	44	2
11															113	25	1
lin.	32	44	35	16	37	27	39	10	40	54	42	11	43	13	44	0	sty.
ele.	65	32	65	16	64	29	63	15	61	36	59	34	57	13	54	33	sty.

Hic intratur quando murus declinat ad Orientem.

His expeditis, semicirculoque à pariete semoto, pone regulam. semper in centro A, & super singula puncta, & duc lineas horarias, quæ in A. centrum concurrant. Hoc autem non est ignorandum, quo murus ad orientem inclinatior sit, cò plures horas antemeridianas in parte scilicet ad occidentem versa inscribendas uenire una cum linea styli, & linea eius eleuationis. Econuersò autem in muris ad occasum vergentibus; quò enim murus à meridie ad occasum magis vergere depræhensus fuerit, cò plures horæ pomeridianæ cum ceteris lineamentis erunt notandæ prout per temetipsum operando comperies. Non aliter figurabis horarum contexturam in muris aquilonaribus, inuersis tamen delineamentis. Nam centrum horologij versus centrum terrę demittitur, lineis eius in altum consurgentibus, atque horarum numeri (vt plagarum exposcit ratio) immutantur. Tandem erige stylum rectum super lineam styli, qui tantum immineat, quantum ab ea distat linea eius eleuationis; seu fabrica triangulum instar ambarum linearum mox ponendum super lineam styli, quemadmodum superius significatum est.

Finis tabulę distantiarum horarum, &c.					
G	80		85		G
H	G	M	G	M	H
11	94	3			1
12	0	0	0	0	12
1	27	41	34	36	11
2	35	22	39	33	10
3	39	8	41	43	9
4	41	35	43	13	8
5	43	31	44	18	7
6	45	25	45	15	6
7	47	29	46	2	5
8	49	55	47	9	4
9	53	30	48	47	3
10	60	43	51	56	2
11	85	57	62	1	1
line.	44	34	44	53	styli.
eleua.	15	37	48	25	styli.

Methodus fabricandi tabulam præmissam, hoc est distantias horarias in muris obliquis à linea perpendiculari supputare. Cap. LIIII.

ET quoniam tabula præmissa deseruit duntaxat ad latitudinem 45. graduum; iccircò si cupias habere tabulas ad alias latitudines, opereprecium erit eas particulariter supputare, idque in hunc modum efficies.

Primum duc sinum complementi declinationis muri in sinum complementi altitudinis poli, & productum diuide per sinum totum; & arcus numeri partitionis erit inuentum primum. *Later dr. ter.* Sinum deinde complementi huius inuenti primi tibi propone unà cum sinu altitudinis poli in tua regione; quorum minorem duc in totum sinum, & productum diuide in maiorem, arcus autem numeri sectionis à 90. gradibus sublatus dicetur inuentum secundum. *Areatum.* Porrò huius inuenti secundi sinum rursus tibi propone, vnà cum sinu complementi altitudinis poli, horum minorem duc iterum in totum sinum, & productum diuide in maiorem; mox arcus numeri sectionis inuentum tertium nuncupabitur. Hæc igitur tria inuenta seorsum seruare opereprecium erit, quippe eis ad supputandos singularum horarum angulos postea indigebis. Sed antequam vlterius procedamus, exemplo quæ diximus, clarius explicabimus in hunc modum. *Later i. liter.* Offertur mihi superficies muralis declinans ad ortum 30. gradibus sub latitudine 45. graduum. Complementum huius declinationis est graduum 60. cuius sinus est 86602. Complementum altitudinis poli est graduum 45. sinus eius 70710. Horum duorum duco in alterum in altero, & productum diuido in totum sinum, & prouenitunt ex arcu numeri sectionis gradus 37. minuta 46. nempè inuentum primum. Huius inuenti primi complementum est graduum 52. minutorum 14. cuius sinus est 79051. sinus uerò alti-

rò alti-

rò altitudinis poli est 70710. quem quum sit minor, duco in totum, & productum diuido in 79051. & ex numero sectionis emergunt g. 63. minuta 26. Quibus à 90. sublatis, relinquuntur gra- *Areatum.* dus 26. minuta 34. nempè inuentum secundum, cuius sinus est 44723. Hunc quoque tanquam minorem duco in totum, & diuido per 70710. ac tandem per numerum diuisionis elicio gradus 39. minuta 14. nempè inuentum tertium, vt patet in hac formula.

Exempli formula declinationis ortiuæ in lat. 45. graduum.

	G.	M	Sinus	
Declinatio muri.	30	0		
Complementum eius.	60	0	86602	*Latera. liter.*
Complemen. altitud. poli.	45	0	70710	
Inuentum primum.	37	46	61236	
Complem. inuent. prim.	52	14	79051	*Areatim.*
Altitudo poli.	45	0	70710	
Arcus à 90. minu.	63	26	89447	
Inuentum secundum.	26	34	44723	*Areatim.*
Complement. altitud. poli.	45	0	70710	
Inuentum tertium.	39	14	63248	

Sequitur operatio.

Itaque si distantia circuli horarij à meridiano assumpti æqualis fuerit inuento tertio; inuentum secuodum pro magnitudine ~~anguli horarij~~ quæsiti tenendum erit. Si autem eadem distantia eo minor fuerit, subtrahe eam ab ipso inuento tertio, aut ab ea subtrahe inuentum tertium, si ipsa fuerit maior. Subducto igitur minori de maiori, inuentum quartum relinquetur.

Sinum itaque huius inuenti quarti duc in sinum complementi inuenti primi, & productum diuide in totum, arcus autem numeri partitionis ex quadrante minue cuius residui sinum rursus tibi propone vnà cum sinu complementi inuenti quarti, horum minorem duc in totum, & productum diuide in maiorem; mox arcus numeri partitionis inuentum ultimum appellabitur, cuius complementum deme ex inuento secundo si distantia circuli horarij fuerit minor inuento tertio; aut adde, si ipsa fuerit maior, ac tandem relinquetur magnitudo anguli horarij quæsita, hoc est distantia horaria graduum verticalium à linea perpendiculari.

Latera. liter. Areatim.

Cautelæ.

1 Hoc autem non est ignorandum, quod quando inuentum quartum 90. gradus præcisè complectitur, vltimum quoque inuentum est quadra circuli, adiungenda scilicet inuento secundo, vt inde conficetur quantitas anguli horarij.

2 Sciendum porrò est quod huiuscemodi traditiones hucusque enarratè sufficiunt duntaxat pro inscriptione horarum ante meridianatum in muro ad ortum inclinato, aut pomeridianarum ad occasum. At in altera parietis parte vbi pauciores horarum lineæ veniunt inscribendæ, nempè citra, vltrave lineam perpendicularem, hoc pacto reliquas supputabis horas.

Horæ pauciores quomodo supputentur.

3 Pro huiuscemodi horarum inscriptione, ordinem seruabis in supputando eas prout dictum est supra usque ad inuentum tertium. Postea addes semper ipsum inuentum tertium ad tuam distantiam horariam, & prodibit inuentum quartum. Deinde continnabis opus

bis opus vſque ad inuentum vltimum, à cuius complemento deme inuentum ſecundum, & relinquetur angulus horarius quæſitus.

Aliæ cautelæ.

4 POteris item (leuandi laboris cauſa) addere ſemper 15. gradus inuento quarto tuæ horæ proximè ſupputatę, ſi diſtantia horaria fuerit minor, & ſic ſingillatim per quindenarum graduum additionem, aut detractionem (prout exigit ratio) habebis uniuſcuiuſq; horæ proprium inuentum quartum, & hanc operationem ages pro horis pomeridianis ad ortum, aut antemeridianis, ad occaſum.

5 Rurſus in muris ad occaſum inclinatis addes ſemper pro tuis horis antemeridianis diſtātiam circuli horarij inuento tertio, & ſic habebis inuentum quartum. Idem facies cum horis pomeridianis in muris ad ortum. In reliquis autem procedes ut prius vſque ad complementum inuenti vltimi, à quo ſemper inuentum ſecundum minues, & habebis diſtantiam horæ optatæ.

Corollarium.

1 HOc autem non eſt ignorandum, quod inuentum primum eſt diſtantia lineæ eleuationis ſtyli à linea ſtyli, & eſt eleuatio poli ſuper ipſam ſuperficiem.

2 Complementum inuenti primi, eſt eleuatio æquatoris ſimiliter in illa ſuperficie.

3 Inuentum ſecundum eſt diſtantia lineæ ſtyli à linea perpendiculari.

4 Inuentum tertium eſt arcus æquatoris inter lineam ſtyli & meridianam comprehenſus.

5 Inuentum quartum eſt elongatio Solis per gradus æquatoris à linea ſtyli, ſiue ante ipſam Sol ipſe ſit, ſiue poſt.

In ſuperficie pendula & obliqua, quibus rationibus angulum quinque horarium agnoſcamus breuiter expedire. Cap. LV.

SI proponatur planum aliquod tam ad meridianum, quam ad horizontem inclinatum quemadmodum ſunt tecti plana domorum non aſpicientia rectè meridiem, neque ullam aliarum mundi plagarum, ut hic, & volueris in eo figurare horologium, ages in hunc modum.

1 Primum per doctrinam capitis 51. huius eleuationem polarem ſuper planum propoſitum explora, & eam ſeorſum ſeruabis. Deinde per parergon cap. 48. huius num. 4. quantitatē grad. declinationis illius ſuperficiei à lin. meridiana oriētē uerſus, occidentēvè diligenter obſerua, & hanc ſimiliter muri declinationē ſcribe ſeorſum. Igitur ſi altitudo poli prius explorata, ceciderit ſuper verticem. Duc ſinum complementi huius altitudinis in ſinum complementi declinationis illius ſuperficiei, quem ſeorſum ſeruaſti ſuperius, & productum diuide in ſinum totum, & arcum numeri partitionis dic inuentum primum. Huius inuenti primi accipe ſinum eius complementi, & hunc tibi propone vna cum ſinu altitudinis poli ſupra planum propoſitum: horum minorem duc in totum ſinum, & productum diuide in maiorem; arcus autem numeri partitionis à 90. gradibus ſublatus, dicetur inuentum ſecundum. Huius deinceps inuenti ſecundi ſinum rurſus tibi propone una cum ſinu complementi altitudinis poli ſupra illud planum, horum minorem duc iterum in totum ſinum, & productum diuide in maiorem, & illicò arcus numeri ſectioris nuncupabitur inuentum tertium. Poſtea perge quemadmodum dictum eſt capite præcedenti, quum una & eadem regula ſit, & confice tabulam particularem pro illa ſuperficie.

Lateris. *Arcum.* *Arcum*

Quum autem volueris horologium delineare, quod horas indicet à meridie, duc primò lineam meridianam ſuper illam ſuperficiem eo modo quo dictum eſt capite 48. huius numero

3. & in ipsa linea puta in centro A, fige semicirculum per suum centrum, & procede perinde ac dictum est capite 53. huius.

Latera- liter. Arcuum. 2 Si verò eleuatio poli fuerit supra horizontem, duc sinum illius eleuationis in sinu complementi declinationis muri, & productum diuide per totum mox ex arcu numeri diuisionis habebis inuentum primum. Huius complementi sinu tibi propone una cum sinu complementi altitudinis illius poli, minorem duc in totum, & productum diuide in maiorem, mox arcus numeri sectionis à 90. gradibus sublatus monstrabit inuentum secundum. Huius inuenti secundi sinum tibi propone una cum sinu altitudinis illius poli, horum minorem duc in totum, Arcuum. & productum diuide in maiorem, mox ex arcu numeri sectionis colliges inuentum tertium. His tribus inuentis habitis, procedes ut prius: aut (quod melius erit) vtere doctrina capitis 8. huius, & construe tabulam pro illa superficie.

F I N I S.

INDEX OBSCVRARVM VOCVM, Quæ in toto hoc continentur Opello vnà cum proprijs significationibus.

Acacia Innocentia, simplicitas animi ab omni terrore liberi.

Acacus Purus, simplex, Apertus, non versutus, aliorum mores non fovens dolosus.

Acatium Velum maximum Nauis, unde Zodiacus acatius, hoc est, ad formam Acatij redactus.

Almicantarath sunt circuli in sphęra eleuationum, siue progressionum, & inter se paralleli, quorum primus & omnium maximus est horizon: minimus vero est ille, qui propior est vertici.

Altitudo axis est altitudo poli, & econuersò.

Altitudo poli supra horizontem, & latitudo regionis, est eadem, cuius complementum, est altitudo æquatoris.

Amussis, Regula, qua quæuis diriguntur.

Angulus communis in tabulis est numerorum duorum concursus.

Angulus horarius, est distantia horaria à linea meridiana in horizonte, aut à linea perpendiculari, seu etiam à linea styli in circulo verticali à circulis procreata.

Anguli signræ cælestis, qui & cardines dicuntur sunt partes eclipticæ, quæ in quatuor mundi partibus partiliter constituuntur, quorum primus est horoscopus, eius inuentio habetur capite 42. & 25. libri octaui.

Anaglyphum, sculptura, siue sculptum.

Anaglyptes, sculptor.

Anaglyptum, sculptum, siue figura sculpta.

Analogia, Proportio, proprietas, conuenientia, similitudo.

Analemma, Cœlestis sphęrę species, ac forma quædam, in plano descripta.

Arcus horizontales in tabulis horologiorum sunt distantię à linea meridiana per gradus horizontis, computatæ in superficie plana ad horas distinguendas, quę procreantur à circulis verticalibus. Hi Arabice dicuntur Azimuth.

Arcus verò verticales, sunt distantiæ horarię in circulo verticali, quibus utimur in superficie erecta pro horologijs fabricandis, & constituuntur à circulis transeūtibus per vtranque intersectionem horizontis & meridiei.

Arcus diurnus, est arcus æquinoctialis in die artificiali per ortus. Idem de arcu nocturno in nocte intelligendum est.

Ascensio recta, & medij cœli est eadem, nempè æquatoris arcus, qui eclipticę arcui respondens ad meridianū peruenit Vide caput 40. lib. 8.

Ascensio obliqua est arcus æquatoris, qui cum dato signo vel arcu eiusdem eclipticæ sursum horizonta respondenter eleuatur Vide cap. 41. lib. 8.

Automata, instrumenta, tali fabrefacta artificio, ut per se ipsa uideri uideantur.

Autodidactus. Qui se ipsum magistrum habet, talis est auctor huius opelli.

Azimuth in sphæra sunt circuli, seu (sit manis) arcus verticales transeuntes per zenit, & diuidentes horizontem in quaslibet partes ad angulos rectos, de quorum numero est meridianus, & circulus uerticalis. Vide supra arcus horizontales, & uerticales, ac etiam caput 13. lib. 8.

Basis est linea iacens siue fundamentum alicuius figurę planę, ut basis trianguli.

Cataglyphum & Catagraphum p.c Descriptio, dessignatio, quam Pictores excursum appellant.

Catagnomicum signum ex quo cognoscitur effectus.

Catagnomonicū est interiorū, & exteriorum significatio.

Catherus est linea perpendiculariter demissa in aliqua figura, angulum rectum cum basi construens.

Circulus uerticalis antonomasice sic dictus est, ille, qui prę cæteris cōsimilibus transit per ortum & occasum æquinoctialis, & per zenith capitis, constituitque angulos rectos cum meridiano & horizonte Vide caput 12. lib. 8.

Complementum, idem est, quod residuum ad 90. gradus.

Cœlatum, Cœlum stellatum. Complementum.

Cosmos, & Cosmus, Mundus.

Cuspides 12. cœli domiciliorum, sunt partes eclipticæ, quæ partiliter in eorum principijs reperiuntur.

Cylindrum, siue Cylindrus, Columna.

Dactylicon, Annularis, vnde Zodiacus dactylicō Zodiacus annulatus.

Dactylion, Annulus.

Dactyliotos, uel Dactyliotum, Annulatus, vnde Zodiacus dactyliotos, Zodiacus annulatus.

Dactylioteca, Annulorum Repositorium, vnde Zodiacus labialis, hoc est, Zodiacus cœteros in se continens Zodiacos.

Declinatio Solis, aut stellæ intelligitur ab ęquinoctiali.

Declinatio muri ad ortum, seu ad occasum, est distantia graduum horizontis à linea meridiana.

Delhoton, signum est in Cœlo supra Vrsę minoris caudā, miro modo accommodatum, trianguli, acutum angulū habentis, figura Δ. grææ literæ imaginem referens, duobus æqualis angulis uno longiori, in unoquoque angulo stellam admodum paruam habens.

Dichotomos p.c. apud nos idem est quod dimidiatus, siue per medium sectus, qualis septimo quoque die post plenum orbem luna uidetur.

Dies naturalis, est reuolutio æquinoctialis circa terram semel cum tanta zodiaci parte, quanta interim Sol peruā sit motu proprio contra firmamentum: spatium scilicet diei, & noctis.

Dies verò artificialis, est spatium temporis, quo Sol ab ortu suo vsque in occasum supra nostrum hemisphærū mouetur, idest arcus diurnus.

Distantia horaria in principio nostrarum supputationum, semper intelligitur à meridiano per gradus ęquatoris, nisi aliud specificetur.

Distantia Solis aut eius altitudo, semper intelligitur de illa parte eclipticæ, de qua fit operatio, quamuis ibi Sol non sit.

Ellipsis, ouatus.

Finitor, siue finiens, seu horizon, est circulus circumquaque terminatur visus.

Gigglymos, Cardo.
Gigglymæos, Cardinalis.

Gradus, est una pars circuli de 360. q diuiditur in 60 min.

Gradus æquales in tabulis ascensionum, sunt gradus eclipticę, in distantijs uerò, æquinoctialis.

Graphis. Delineatio futuræ picturæ, & accipitur pro primo illo linearum ductu, & vmbrarum delineatione in instrumētis sciothericis, quā et sciographiā appellat vitr.

Horę equinoctiales, sunt horę equales.

Horę antemeridianę in horologijs simplicibus, sunt horę à media nocte. Postmeridianę uerò à meridie.

Horę inęquales, naturales seu temporales quibus planetę singuli dominantur, initiū sumunt à Solis exortu, ac etiā à principio noctis, & tam in die, quam in nocte semper sunt duodecim.

Horæ occasiuales, idest ab occasu.

Horę occidentales in tabulis horologiorum supputandis, sunt illę, quæ contingunt citra lineam styli: orientales uerò, ultra: & hoc in superficie decliui. At in horizontali, & uerticali superficie meridiem precisè aspiciente, linea meridiana hoc constituit discrimen in duas equaliter diuidēs portiones.

Horologia simplicia continent duntaxat horas à meridię & à media nocte, ut habetur in lib 8

Horologium Italicum incipit numerare horas ab occasu Solis Gallicū, & Germanicū, à meridie, & media nocte.

Horoscopus, est pars Zodiaci, quę ab oriente emergit, qui Grecis hoc eodem nomine ὡροσκόπος, siue etiā ἀνατολή nostris uerò ascendens appellatur. De hoc uide caput 25. & 42 lib. 8.

Hypotenusa, est linea diagonalis tangens duas metas, quæ in triāgulo orthogonio opponitur angulo recto, seu quæ perpendiculariter non est recta.

Inuentum primum, aut secūdum, aut tertium, est arcus seu aliqua partium summa, per quam mathematicę operationes norę fiunt. De his uide in corollario capitis 5. & 54 lib. 8.

Lateralia horologia dicuntur in superficie perpendiculari ortum rectum precise, seu occasum aspicientia. Vide caput 6 lib 8. num 2. & 3.

Latitudo ortus, amplitudo, & eleuatio seu ascensio Solis ad horizontem, idem est quod distantia horizontalis ab ortu recto, siue ea sit septentrionalis, siue meridiana. Vide caput 15 lib 8.

Latitudo Solis, aut stellæ, aut cuiusuis corporis cœlestis imaginatione concepti, intelligitur semper ab ecliptica.

Latitudo uerò regionis, ut distantia zenith ab equinoctiali, & est eadem cum eleuatione poli.

Linea intelligitur semper recta, nisi alter de ea specificetur.

Linea perpendicularis in muris rectis, est linea meridiana, in obliquis, est parallela lineę meridianę.

Linea horizontis in superficie erecta intersecat lineam perpendicularem ad angulos rectos.

Linea meridiana, & 12. horę Germanicę eadem est, quę in muro semper stetit perpendicularis.

Linea styli, est illa, supra quam imminet axis mundi, habetque de unus, & à finibus horarum distantias. In superficie horizontali, est linea meridiana, in uerticali, perpendicularis. In alijs uerò superficiebus pendula contingit.

Locus Solis aut stellę, est pars eclipticæ in quo reperitur.

Longitudo in cœlo, est per gradus zodiaci, incipiendo à principio Arietis, in terra uerò, ab insulis fortunatis.

Mega, Magnus, vnde Megagigglymus magnus Card.

Megagigglymeos, siue Megagigglymeus, magnus Cardinalis, siue magnus Cardineus.

Megastelligerum, amplum Cœlum stellatum, vel magnum stelliferum.

Micro, paruus.

Mithra, thre, à Persis dicitur Sol, vnde Mithręhorarium horologium Solis, siue Solare.

Mithręhorarium, horologium Solis, siue Solare, dicitur etiā Thyarę horarium à forma Thyaræ.

Murus obliquus, est, quando declinat à meridiano, seu à septentrione, licet perpendicularis.

Nadir, est eclipticę punctus oppositus.

Nox à nocēdo sic dicta, est priuatio lucis ab umbra terrę causata, & est reliqua pars diei artificialis, cuius partes sunt hę, scilicet Vesper, Crepusculum, prima fax, Concubium, Intempestum, Gallicinium, Conticinium, Matutinum, & diluculum, siue Aurora, vide Censorinum de die natali. Crepusculum tamen (quod est lux dubia) uespertinum accipiunt à Solis occubitu vsq, ad primas tenebras: matutinum uerò à prima luce vsque ad Solis ortum atque horum vtrunque uulgus diei, mathematici uerò nocti ascribunt.

Opsimathe, tę, qui iam grandis natu discit, vel qui serius ad discendum accedit, vt ipse operis autodidactus.

Opsimathia, sera eruditio.

Orientalia horologia, & occidentalia, quę & lateralia dicuntur, sunt illa, quę ipsam plagam precisè aspiciunt.

Ortus uerus seu rectus, est illa pars, ubi ortum equinoctialis. Idem de occasu intelligendum est.

Orthogonius, est triangulus habens unum angulum rectū, & duos acutos, constans uidelicet Basi, Catheto, & Hypotenusa.

Parallelogrammum, Quadrilaterum, cuius opposita latera sunt adinuicem equidistantia, siue parallela.

Parergō, dicitur quod alicui rei preter propositum additur.

Pars proportionalis quæ sit. vide ante tabulam sinuum rectorum. exempla uero in cap. 43. lib. 8. num. 3. & 6.

Polyceros, cornutus, siue multa cornua habens, talis est Zodiacus, ex multis constans circulis excentricis, qui in circumferentiarum puncto omnes conueniat diametraliter.

Polygonius, Multorum angulorum figura.

Polymorphus, multiformis.

Principium alicuius inuenti, est arcus alicuius sinus primo prouenientis ex numero partitionis.

Quadrans est quarta pars circunferentiæ continens 90. gradus aut sex horas.

Quadrangulum, est figura habens quatuor angulos æquales, licet latera inęqualia.

Quadratus uerò habet latera æqualia, & quatuor angulos rectos.

Residuum, est idem quod complementum ad 90. gradus.

Schema, figura, cultus, ornatus.

Sciographia, vel Graphis, dis, est delineatio futuræ picturæ: accipitur pro primo linearum ductu, & umbrarum delineatione in instrumentis Sciothericis.

Sciother. Instrumentum Gnomonicum, quo Architecti utuntur in metendis Aedificijs.

Sciothericum, est instrumentum, siue figura, ex qua per umbrarum obseruationes, eliciuntur horæ.

Sciotheria, delineatio intellectualis.

Sciothericon Horologium, quo ex umbra Solis colligimus horas.

Selenoidis, lunatus, habens formam multarum lunarum, qui & Polyceros, hoc est, cornutus dici potest.

Solarium, est horologium Solare.

Sinus rectus, est chorda subtensa portioni alicuius arcus respondens in quadrante, semidiametro alteri parallela, atque alterum ad rectos incidens angulos.

Sinus uersus, est sagitta, idque semidiameter per lineas (licet ad inæquales portiones) orthogonaliter diuisus.

Solis distantia, altitudo, decinatio, & huiuscemodi, intelligitur locus eclipticæ, de quo fit operatio.

Stellhorarium horologium habens formam stellæ, siue horologium stellarum.

Superficies plana, & horizontalis, idem sunt.

Super-

Superficies uerticalis, aut erecta, seu perpendicularis, est in pariete, aut in simili superficie.

Superficies meridionalis est uersus meridiem, licet præcisè eam plagam non aspiciat. idem de septentrionali superficie intelligendum est.

Symmetria, commensuratio, apta membrorum, paritimve proportio.

Sympathia, conuenientia, compassio, coniunctio naturæ.

Synesis, mentis perceptio.

Stellhorarium, horologium habens formam stellæ, siue horologium Stellarium.

THauma, miraculum, significat admirationem, unde. Thaumalemma, Sphæra Cœlestis quasi miraculosè in plano descripta.

Thyara, vel Tiara, ornamentum capitis, quo vtuntur Pontifices, vnde

Thyaræhorarium, horologium in ellipsis, vel Thyaræ formā descriptum, quod & Mithræhorarium dicitur.

Triangulus, uide supra ortogonius.

Trochlea, Instrumentum cum orbiculis ad sublenanda, & deprimenda onera, unde

Trochlhorarium, horologium ad formam Trochleæ redactum.

VMbra uersa dicitur ab horizonte vsque ad 45. gradum altitudinis, postea umbra recta usque ad 90. gradum venit nuncupanda.

Vmbram tamen rectam uocant communiter eam, quæ est in plano, vt umbra turris.

Vmbram verò versam, quam stylus horizonti parallelus in pariete aut cylindro perpendiculariter stante, procreat. In conficiendis tamen nostris tabulis, vtimur semper umbra recta.

Vertex & zenith idem sunt.

ZEnith, est punctus in cœlo directè imminens capiti nostro, qui & uertex dicitur, ut supra.

F I N I S.

ERRATA.

Delenda. Fol. fac. Ver. 2. l. 23. lineusculas, Repon. lineunculas. 25. ordo ordinē 2. 3 certior, certior. 30. vidius, vides. 38. super, supra 40. Y, V. 43. Y, V. 5. 1. 1. Symmetriā, Symmetria. Analogiā, Analogia. 2. in fig. inter L. & K. debet esse litera G ut dicatur arcus, AEG. 14. β λ Γ. Y β λ Γ. 19. & decena, & decenam. & quinta, & quintam. 23. lineam, linea. 29. proprium, proprio. 30. selanoidem, selanoide. 6. 1. 11. ce, cer. 33. lineam, lineā. 2. 18. & ad tandem, & tandem. 8. 1. 24. ut, & 9. 2. 5. raria, rarius fenestrelas, fenestrellas. 12. 1. 1. perfitutes, perfectes. 15. 1. 6. H M 3, H M 2. 16. 1. 9. aduertibuli, ad uestibula. 2 salare, solarem 17. 1. 19. notam, notam. 18. 1. 25. erit F G dividendo, erit K AE dividendo. 38. B. l. 16. r. in F. uigesimaoctaua, in F. desti in AE uigesimaoctaua. 19. 1. 2. H O R AE M E R I D. H O R AE A M E R I D. 21. 1. 6. Del. יְדִיד Rep. יְדִיךְ 23. 1. 4. Del. יָגוֹן Rep. יָגוּן 2. 27. lunellula, lunellulā 47. calicis Hac, Calicis. Hac. 26. 2. 7. selanoidi, selanoide 27. 2. 2 translata, translata), 29. 1. 19. minus, minus. 30. 2. 2. radiu, radius. 21. ungue, unguem 22. moneatur, moueatur. 32. 1. 9. femicircularis, semicircularis. 2. 75 locus, loci. 161. in quartam, in quarta. 26 includit, includunt. 161 a quibus nequaquam, a quibus ipsa Dactylotheca nequaquam. 41. climalibus, climatibus. 35. 1. 21. dedalice, dędalice. 2. 19. reducta & corda, & reducta corda. 50. accommoduerit, accommodabit. 22. roma, diana. 23 At, ro. 2. 29. posidebit, possidebit. 37. 1. 24. prone, pone. 27. predelli, predictis. 33. angulo 1, angulo I. 44. 1. 1. B C. K B, B C a B. 39. accommodabis denticulum, accommodabis ingenio denticulum. 161. clarioq., clarioreq. 12. plenam, planam. 161. sic, sit. 2. duabus in A sectus duabus in A. sectus, duabus in A. sectus. 49. 1. 4. ceciderint, ceciderit. 13 horaria, horariæ. 2. 1. horarum omnigenarum horarum, horarum omnigenarum numeri. 24. deinde ostendale, deinde tum ostendē. 50. 1. 2. contexero, contexere. 2. 11 X X I I I I, X X I I I. 51. 1. 6. C E uerticalis, C F. diameter uerticalis. 18. ad lineam meridianæ, ad lineam meridianam. 52. 1. 1. horologij. Italicè, horologij Italice. 2. 5 A D, A O. 55. 1. 33. tetrarisphærice, tetrarsphærice. 37 stabiles, stabiles. 39. soly, & reducendo illum), soly), & reducendo illum 45. esterminum, extremum esse. 25. umbras, umbra 14 horizontem tropicus, horizontem per tropicos. 57. 1. 21. tropicorum, tropicum. 37 satage, satage. 2. 19. ab E. uersus C. & ad D, a D. uersus C. 48. trop. ♋ in d. ita extende, trop ♋. extende. 58. 1. 19. 30. 30. 32. 32. 21. 13. ♑ 23. ♑. 59. 2. 24. Instrumento, Instrumenti. 26 tropici ♋ d. min 19. tropici ♋ d. g. 19. 161. & filum, & ubi filum 33. illum, illud 36 illum, illius. 6. 2. 7. altitudinem ad, ad altitudinem. 18 in fonte, in fronte. 61. 1. 9. tionem, tio. 13 linea cum linea styli, lineis styli. 51 sibi, tibi. 28. uigesimamtertiam, uigesimamprimam. 64. 2 in figura C A C A F. 89. 1. ult. tractatus, tractatur. 1. sumetur, sumatur. 90. 2. 32. inscribere, inscribere. 91. 1. 6. cadentes, cadentibus. 43 protrahe predictas lineas per, protrahe lineas horarias per predictas intersectiones Aequinoctialis Z ♋ in ā centro Circuli Ω. per 92. 1. 12. C, c. 93. 1. 18 supra oppositum horizontem, supra horizontem. 23. pertinent, pertinet 95. 1. 33 uidetur. 2. 43. aequinoctialis, æquinoctialis. 98. 1. 13 operaberis. 14. horologiorum, horologium 23. plagas, plaga. 25. mendie, meridiem. 99. 1. 16. C B E D. C B A D. 18. C B, B E. 19. C D, E D. 21. B E D, E D. 24. distantia, dist. mijs. 101. 5 superius, inferius 2. 19. de uercalis, de uerticalis. 103. 1. 25. B C, F B. 32 quadrantes, quadrante. 104. 1. 15. septimo, septimi. 41. gradu, gradus 6. B A B, E A D. 105. 1. 15. septimo, septimi. 16. Reischorario, Reichorario. 27. ad sumendam, ad sumendas. 38. qui noi, qui nos. 41. alterum, alteram. 108. 1. 19. specularis, specularis. 121. 2. 36. sequentem, precedentem 122. 2. 18. secueris, secantem. 128. 1. 8. præcedentem tabulam, sequentem tabulam. 5. esse g. 4. 20. esse H. 4. M. 20. 135. 2. 23. prout dictum est supra pag. 86. nu. 1, prout dictum est supra 7. octauum Februarij, decimum octauum Februarij 146. 2. 36. ab eam, ab eo. 149. 1. 12 in tabella. Ascensio obliqua &c. 195. 37. 25. 69 96. 2. 9. 20. 10. 18. arco, arcu. 45 12. Iunij, 22. Iunij. 2. 24. in Zodiaci, in Zodiaco 2. fig. à regione gr. 23 $\frac{1}{2}$. quarta B C. est linea x h b. in deest litera d. inter 15 & 16. arcus c e. sub 23 $\frac{1}{2}$. igitur lege sic. 23 $\frac{1}{2}$ d X h b 23 $\frac{1}{2}$. ibi. F regione 23 $\frac{1}{2}$. quarta D E. est linea e X i. cui deest litera g. inter horam 3. & 4. arcus b f igitur lege sic. 23 $\frac{1}{2}$. e i X g 23 $\frac{1}{2}$. 34. occultam ✳ ✳, occultam ✳ a. 24 ✳. 35 occultam 23. ✳ ✳, occultam in. 3. ✳. 36. occultam ✳ p a p. ad ✳ occultam ✳ o p ✳ a p. ad 22. ✳. 37. b S. cadentium super partem diametri h S. cadentium super partem diametri h b b S. cadentium super partem diametri h S. 41. ad occultam 24. h ✳. ad occultum h ✳ 24. 2. fig. lineę horę 22 ✳. tropici ♋. P, V Q. desunt duę literę nempe n. apud ♋. sub numero 22. & o. supra H. ideo lege sic, 22 n o. sub numero lineę horę 24 b. noteur b. sic, h b. 24 & sub num. lineæ horę 16. q s. 16. sic, q [illegible] r. 16. 3. linea, lineā. 4. d q 23, d q R ✳ 23. 165. 1. 2. & S 23 ✳. & S 23 M. 4. occultarum ✳ ✳. occultarum fest itum ✳ ✳. 11. vbi erit festiuncula sic, ubi erit festiuncula, sic 13 apud H. ubi, apud H. ibi. 18. s t. s z. 1. 22. y 19. a. y 19 u. 34. q r. in e. q r. cum linea horę 18. in e. 36 rogatum, rogatu. 2 figura. In hac figura (sicut & in reliquis) quędam lineamenta, & multæ literæ desunt, uel male incisæ sunt, uelut e in intersectione lineę meridianę cum æquinoctiali & cum linea horæ 18. & a. apud horam 19. & y. apud D in quibus ergo locis sic legendum est. [illegible] a. y. 167. 1. 30. horologijs, horologij. 31 sensim discriminabit, prout capite primo, & secundo &c. sensim discriminabit. 169. 1. 38. duco in alterum in altero, duco alterum in altero. 2. 34. enarratis, enarratis. 170. 1. 22 quinque, quoque.

[illegible] 109. — 120 [illegible]

[illegible] 85 — 109 — [illegible]

[illegible] 126 — 129

[illegible] 120

[illegible] 95

[illegible] 104

[illegible] 120

[illegible] 109

[illegible] 33

[illegible] collocatio [illegible]

[illegible] 168

[illegible] 168

[illegible] 92

[illegible] exploran[illegible] Antep. 92.

[illegible] fol. [illegible] 56

rasum,
ad
ö spon
non dices
is actio non
Lex.xxvij.
videri minus
iuersus quem
lo nō ppetit.
Lex.xxviij.
t qui nobis, aut

veluti si
talum
cussit
lusus
&c.